



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus,
Et De Sacramentis**

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Resolviones Pastorales circa Sacraenta Ecclesiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

RESOLUTIONES PASTORALES

Circa Sacra menta Ecclesiae.

TRACTATUS I.

CAPUT I.

DE MATERIA SACRA.

mentorum.

1. QUAERO. *Quomodo peccetur circa materiam Sacramentorum?* Resp. Si materia substantialiter sit diversa, ab ea quam Christus instituit, non solum est peccatum mortale, sed etiam nullum Sacramentum. Exemplis declaro. 1. Si quis aquâ artificiali è floribus aut herbis expressâ baptizet. 2. Si quis aceto utatur in cōsecratione. 3. Si sicerâ aut alio liquore vinum imitante, qui ex uvis nō sit. 4. Si oleum quod non sit ex olivis; sed ex nucibus, amygdalis, aut ex aliis fructibus adhibetur in Confirmatione, aut Extreme-
unctione.

2. QUAERO. *Quid si materia substantialiter nō sit diversa sed tamen multum corrupta?* Resp. Licet validum rite

fiat

hat Sacramentum, peccari tamē mortaliter. Declaro exemplis. 1. si quis sci-
enter panem mucido, & verus tare cor-
rupto, utatur ad consecrandū. 2. si vi-
no aēscente notabiliter, aut aquā a-
lave mixtione, notabili ex parte cor-
rupto. 3. sacerdos potest graviter pec-
care, qui infirmorum oleo benedicto,
addit oleum non benedictum, nō su-
statum, sed simul in majori quantitate,
& postea utitur pro Sacramento Ex-
tremæ-Unitiobis.

3. Quaero. An numquam liceat ut
materiā probabili tantum? Resp. Num.
quām licet uti materiā probabili & in-
certā, omīssā certā; nisi in necessitate,
quando certa haberi nequit. Ratio est,
quia qui se exponit periculo nihil a-
gendi sine necessitate, censetur gravi-
ter peccare. Ubi verò moralis quadam
necessitas occurrit, tunc non tam cen-
setur periculo se exponere, quām il-
lud pati & pēmittere, cūm aliter non
possit & melius sit hic & nūc in tali
casu Sacramentum probabile confice-
re, quām Sacramento carere. Declaro

EXCEP-

exemplis. 1. Si quis non habeat ad baptisandum puerum morientem, nisi aquam fœtidam & lutosam aut lixivium, aut aquam, in qua aliquid carnis contum fuerit, in tali necessitate potest tali materia baptisare. 2. Si in dominica die, quando populus debet audire Missam, non possit haberi nisi aliquid vini acescentis (quod tamen substantialiter potetur vinum, non acetum) potest in illo tunc celebrari. 3. Similiter si non habeatur nisi panis aliquantum mucidus & corruptus, potetur tamen non mutasse substantiam panis, etsi aliqua levis formido de opposito rem non ita cerram faciat, in casu jam dicto potest consecrari. 4. Si quis in articulo mortis non nisi in genere signa doloris ostenderit coramstantibus, aut vocarit sacerdotem, non peccat sacerdos absolvendo, licet haec sit materia absolutionis satis incerta: quia tamen aliquibus censetur probabilis illa opinione tunc potest uti.

CA.

TRACTATUS I. 305
CAPUT II.

De forma Sacramentorum.

1 QUABRO Quomodo peccetur circa formam Sacramenti? Resp. 1. Si mutatio sit substantialis nullum est Sacramentum; est autem talis, quando mutatur aut pervertitur sensus formae sacramentalis. Resp. 2. Si sit accidentalis mutatio, & maneat idem sensus, valet Sacramentum, et tamen ex genere suo peccatum mortale, nisi leuitas materiae excuset.

2 QUABRO Qualiter fiat ista mutatio? Resp. posse multipliciter 1. Per mutationem idiomaticis, mutando latinum in vernaculum idioma; aut partim latinè, partim vernaculè proferringo. 2. Per transpositionem verborum, aut utendo verbis aliis ejusdem idiomaticis, sed idem significantibus. 3. Per interpolationem verborum, cum spatiū interponitur inter verba priora & posteriora 4. Per additionem alius verbi aut subtractionem. 5. Per corruptionem, committendo barbarissimum in quacumq; lingua, aut certe

CA.

re corrupte pronunciando ob imper-
dimentum linguae De quibus sequen-
tes casus sunt resolvendi.

7. Quid sit dicendum, si quis uta-
tur in nomine valde corrupto aut bar-
baro. Ex gr. Carbonaria Leodiensis
sic puerum baptisavit: j' & batezé à m
do Per, & do Fy, & do Saint Eſper. Altera
mulier sic invenitur baptisasse: Efan
j' et batise à no des Pere & des Fils, & des
Saint Eſprit. Resp. valere Baptismum
illum, quia idem sensus utroque re-
linquitur in forma: licet enim multa
corruptio in pronunciatione inter-
currat, à vulgari tamen idiomate non
ita est aliena, ut sensum mutet; nec ex
intentione pronunciantis, nec ex si-
gnificatione verborum, alicujus po-
puli usu illis adnexa. Addo ordinarie
expedire, ut obstetrices vernacula
lingua baptisent, quam intelligent;
Latinam enim non intelligentes, faci-
lius possunt eam substantialiter vio-
lare. Porrò si corrupte tantum, idio-
ma latinum pronuncietur valere Sa-
cramentum definit Zacharias Pontificus
asse.

afferens exemplum de quo multis poterat esse grave dubium. Baptisarat enim quidam hanc formam: *Ego te baptiso in nomine Patriæ & Filia & spiritus sancti*: Asserit verò Pontifex valuisse Baptismum, quia ille non intendebat errorem inducere, aut mutare sensum: sed solum latinx locutionis ex ignorantia infringens linguam, volebat facere quod Christiani faciunt, dum baptisant.

2. Quid dicendum de eo, qui ob linguæ impedimentum balbutiens, & linguâ titubans, syllabas vel absorber, vel multiplicat? sic aliqui balbi linguâ præcipitante, pro *Baptiso*, dicent *Babaptiso*, pro in nomine Patris, in nomine *Papatis*. Alii sic absorbent, ut medietatem verborum non pronuntient. Resp. si exigua sit balbuties, parum esse. Si magna certe tales ad sacerdotium non deberent admitti, ob multa incongrua, tum in celebrazione Missæ, tum in officiis & ministeriis divinis. Novi ego aliquos sacerdotes ita linguâ impeditos, ut si pronunciando

do velint festinare, singula syncopent;
si morosè & modestè velint syllabas
edicere, non possint sine multiplicata-
tione. Et non infrequenter admiratus
sum, quomodò se in Canone gerant,
& in forma consecrationis: scio enim
quod nonnisi corruptè enuncient,
cui rei etiam Episcoporum eura ad-
vigilare deberet, ob indecentiam &
incongruitatem notabilem. Exili-
motamen (ordinariè loquendo) eos
validè consecrare: quia hic & nunci-
dem exurgit sensus ex verbis sacra-
mentalibus (ab eis corrupte licet pro-
lati) eademq; significatio generatur
in mente audientium: quod morali-
ter judicari potest, ab illis qui soliti
sunt eos audire, & cùm eis conversari,
ideoq; facilius eos intelligere, & quid
dicant percipere possunt. Similicerdi-
cendum de illis, qui ob linguæ impe-
dimentum nequeunt pronunciare li-
teram, r, & sic consecrantes videntur
dicere; *Hoc est copus vel colpus meum;*
quia ex tali pronunciatione hic & nuc
ab illa persona prodeuntem, natus est in

nobis

TRACTATUS I. 309
nobis idem sensus generari. Idem dic,
siquis dicat, *Hic est Calix*, pro *Hic est*
Calix.

3. Quid dicendum, si quis interrum-
pat verba formæ. Ex. gr. Sacerdos ba-
ptisans dum dixit: *Ego debaptizo*, dicit
pueris tumultuantibus; Recedite in-
dè & nolite ibi garrire, postea addit:
In nomine Patris, &c. Aut forte dum
baptizando dixit: *Ego te baptizo*, retra-
hente se puerο, dicit; Admoveite pro-
piùs fonti puerum, & postea addit:
In nomine Patris, &c. Hanc resol. cit. ad
long. Dian p 5. tr. 5. resol. 41.

Resp. licet in his irreverentia inter-
venire possit, alienis verbis interpo-
lando verba formæ, tamen valere Sa-
cramentum: quia moraliter judicatur
ex antecedentibus & subsequentibus
verbis una fieri oratio. Si autem nota-
bilis sit mora, idem non judicatur, & i-
deo nullum foret Sacramentum. Ex.
gr. Si quis nunc dicat: *Ego te baptizo*, &
post quadrantem horæ adjiciat. *In no-
mine Patris, &c.*

4. Quid dicendum, cum aliquod

V 58-

310 RESOL.PASTORAL.

verbum formæ additur, vel aliquo detrahitur? Resp. conformiter dicitur si additio vel detractio mutet sensum, nihil effici: si maneat idem sensus; licet peccetur, validum tamen se Sacramentum. Exempla prioris modi. Si quis dicat solùm, *Ego te baptiso*; non addens; *In nomine Patris, &c.* Aut obstetrix quæ dixit: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.* aquam proiecendo, sed non addidit: *Ego te baptizo*. Utrobique nullum est sacramentum, quia defunt substantialia aliqua verba. Similiter si addendo formæ dicat Arianus aliquis: *Ego te baptizo in nomine Patris, & filii minoris, & Spiritus S.* procedentis ab utroq; nihil efficit; quia verum formæ sensum corruptit. Exempla posterioris modi, ubi validum est sacramentum non obstante quod detrahatur vel addatur aliquid verbum, hæc esse possunt. 1. mulier quædam baptisans dixit: *Ego baptizo te in nomine Patris & in nomine filii & in nomine Spiritus S.* Talis Baptismus validus fuit; quia non immutatur substat-

stantialis sensus formæ, nec ex intentione baptisantis, nec ex vi verborum.
2. Alia sic baptisavit. *Baptiso te in nomine Patris & filii & Spiritus S. & benedictæ Virginis Mariae, ac omnium Sanctorū.* Talis baptismus validus fuit, quia nō censetur mulier Catholica (ex ignorantia aut devotione indiscreta hoc adjiciens) voluisse mutare sensum formæ, aut errorem introducere profiteendo æ qualitatem B. Virginis cum personis divinis, sed tantum voluisse invocare B. Virginem & Sanctos eos sensu quo solet Ecclesia eos invocare, & jungere cum personis Sanctæ Trinitatis, ut orent pro baptisandis, aut eos in suam protectionem suscipiant.
3. Si quis dicat. *Baptiso te in nomine Patris, &c. relinquendo vocem ego, vocalam &c., vocem Amen,* validum est Sacramentum: quia illæ voces non sunt essentiales. Postremò addendum hic ordinariè non vitiari formam per verborum transpositionem, v. g. *In nomine Patris, &c. ego te baptiso,* Similiter si verba synonyma ejusdem vel diversi
x dio-

idiomatis adhibeantur, censetur mutatio accidentalis. Ex. gr. si quis dixerit pro baptiso, abluo; aut si quis partim gallicè, partim latinè dicat: ie te baptize, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

C A P U T III.

De ministerio Sacramentorum.

I. **Q**UABRO. Quomodo peccet, qui in statu peccati mortalis ministret Sacramentum? Resp. dupliciter. 1. si ad ministerium sit ex officio consecratus & ex officio etiam ministret, peccat mortaliter. 2. si non sit consecratus ad ministerium, aut certè non ministret ex officio, non censetur peccare mortaliter. Exemplis declaro. Mulier baptisans in peccato mortali non peccat mortaliter, quia ad id muneris non accipit consecrationē, aut gratiam, quā obligetur tale ministeriū in statu gratiæ exhibere: sicut sacerdos eam accipit in ordinatione. Similiter sacerdos privatim sine solemnitate baptisans non peccat mortaliter: et si in peccato existat, juxta communiorē doctrinā

nam Theologorum. Quia sic bapti-
sans non censetur se exhibere ut mini-
strum ex officio, sed potius subvenire
necessitatē patienti, sicut ficeret qui-
libet vir, aut mulier tunc baptisans. Ex
his, casus sequentes resolvi possunt.

1. *Casus.* Quid dicendum de sacer-
dote, qui assistit & benedicit matrimo-
nio in statu peccati mortalis? Resp. nō
peccare mortaliter, quia non est mi-
nister Sacramenti, sed solūm benedi-
ctionem adhibet, tamquam cæremo-
niā accidentalem, nō tamquam for-
mam essentialēm; quamvis ejus præ-
sentia necessaria sit post Tridētinum,
tamquam testis principalis & auctori-
tativi, nomine Ecclesiæ præsidentis
tali contractui, per Ecclesiam appro-
bando.

2. Quid de contrahentibus, cūm
ipsi dicantur ministri Sacramenti Ma-
trimonii, an peccent mortaliter, si sint
extra gratiam? Resp. peccare quatenus
suscipientes sunt, quia tenētur in
gratiæ statu Sacramentum suscipere.
Non tamen peccant mortaliter, qua-

S

tenus

venus ministri sunt, quia non sunt ministri ad illud munus consecrati, nec specialem ad id gratiam acceperunt.

3. Quid dicendum de Sacerdote, qui puero domi baptisato, postea in templo solemniter adhibet cæremoniae in peccato mortali existens? Resp. non peccare mortaliter, quia non est administratio Sacramenti, nec actio ex opere operato gratiam sanctificantem conferens. Idem respondent Theologi de Episcopo conferente primam tonsuram, conficiente Chrisma, benedicente Oleum, de sacerdote etiam benedicente aquam.

4. Quid dicendum de Diacono cantate Evangelium, & sacerdoti ministrante? R. si in mortali peccato id facit, multos Theologos eum condemnare mortalis. In quam sententiam non parum inclinor, rationibus sequentibus impulsus. Prima quod ad dignum ministrandum, gratiam acceperit in ordinatione, idque per solemnem manuum impositionem, per quam indicatur ejus ministerium esse grave, ut

pote

pote proximè accedens ad mysterium Eucharistiæ. Unde cùm offertur calix, Diaconus contingens brachium. Sacerdotis, tamquam proximè coope-
ranti sacrificio & sacratissimo myste-
rio, solet dicere cum sacerdote: *Offe-
rimus tibi Domine calicem*, &c. prout
præscribitur in Missali Rom. 2. ratio.
ex Apost. desumitur 1. Tim. 3. ubi de
Diaconis agens dicit; *Ministrent nul-
lum crimen habentes*. Ubi licet Aposto-
lus insinuare velit, non esse ordinan-
dos Diaconos, nisi qui irreprehensi-
bles inventi fuerint, & per examen
probati: tamen etiam rectè ad futu-
rum refertur ubi insinuet eos teneri
irreprehensibles se gerere in vita &
officio, nec criminis alicujus consciens
administerium ordinis sui debere ac-
cedere. De quo iterum præcessit: *Hab-
entes mysterium fidei in conscientia pu-
ra*, id est tractantes Eucharistiæ my-
sterium, cui debent cooperari, purâ
mente & manibus; ut aliqui interpre-
tantur. Nam Eucharistia antonomas-
tice *fidei mysterium* solet vocari, & o-

lum Diaconi illam etiam populo admi-
nistrabant. Summatim ex his omnibus
quæ de Diaconis & eorum qualitati-
bus scribit S. Paulus, recte saltem col-
ligitur & infertur, grave esse eorum
ministerium & magni pendendum; ut
non mirum sit, si etiam dicatur illian-
nexa gravis obligatio illud in gratia
statu obeundi. 3. ratio, quæ me non
parum movet, est, quod in sacris hi-
storiis reperiā pluries contigisse, ut
Spiritus S. super tremendis mysteriis
non descenderit, prout tunc solebat,
idque ea solum ex causa, quod Dia-
conus assistens sacerdoti sacrificanti
cum conscientia impura adfisteret.
Cujus rei exemplū habes Prati spiri-
tualis, c. 150. ex Sophronio. Item in vita
S. Epiphanii apud Surium 12. Maii: idq;
ut ibi referatur quidam Diaconus le-
præ percussus, quod indignè ministra-
ret. Hoc autem non videtur fore nisi
ministrando mortaliter peccaret. Item
in vita S. Chrysostom. 27. Januarii apud
Surium iterum lego impeditum Spi-
ritus sancti descendit visibilē, ab

Dia-

diaconum in peccato assistente: quod rursus non videtur fore, nisi ministriū tale foret grave peccatum. Has historias sacras plenius referam, cùm de Sacramento Ordinis, & de Diaconatu agam, Tract 7.

2. QUAERO. An Sacerdos peccet mortaliter non solum dum in peccato mortalis consecrat: sed etiam dum communionem administrat, idque toties, quot sunt personae communicantes? Resp. ex communiori sententia Theologorum, eum peccare mortaliter ministrando communionem, quia est grave ministerium ad quod tenetur se per gratiam disponere. Est communis contra Vasquez & nonnullos recentiores, inier quos Dia- na. Sed de hoc latius infra de Eucharis- tia. An vero toties, quot personis distribuit, non uniformiter loquuntur Theologi. Aliqui asserunt toties peccare, quia tot sunt actus ministrandi; siue quot personas absolvit in pecca- to, toties peccat, quia toties pœnitentia Sacramentum administrat. Ego rem moraliter considerandam op-

S 3
dor:

nor: unde dum multis simul concorrentibus administratur Eucharistia, licet plures ministrandi actus physice interveniant, moraliter tamen loquendo censetur unum ministerium, in quod una etiam voluntate fertur. Sacerdos, per quam vult communio nem dare plebi hic & nunc se praesentanti. Recte ergo dicitur esse unum peccatum, dum continuat, & quamdiu notabilis mora aut interrupcio non intervenit. Nam si postquam populi pars communicavit, applicet se Sacerdos aliis actionibus aut functionibus, & postea iterum ministret aliis, censabitur pluries peccare ob interruptionem. Itaque quod plures personae simul concurrant, videtur quodammodo materialiter considerandum. Sic quod centum hostias simul in peccato mortali existens Sacerdos consecrat, aut jam preconsecrata sumat, non inducit plura peccata: similiter licet sumptio calicis & Corporis diversae sint actiones physicae, tamen non constituant diversa peccata.

cata
quia
ticipa
incat
stribu
sacrif
pecca
grava
auge
distra
Ne
puto
quot
mort
liter
quia
varia
citur
sacra
stific
v.g. i
giosfa
cens
pecc
3.
mort

ca in Sacerdote indignè sumente,
quia sunt una moralis sumptio & par-
ticipatio ejusdem sacrificii. Sic dicas esse
in casu nostro (moraliter loquendo) di-
stributionem, ut plebs participet de
sacrificio & Sacramento, & sic unum
peccatum, licet ob continuationē ag-
gravari non negem, sicut & meritum
augetur, dum multis simul pie admi-
nistratur.

Neque verò similiter judicandum
puto de Sacramento Pœnitentiæ, quia
quot pœnitentes absolvit in peccato
morti, toties censetur peccare morta-
liter. Ratio diversitatis afferri potest,
quia quot personæ accedunt, toties
variatur judicium, novumque confi-
gitur Sacramentum, & toties forma
sacramentois repetitur, animam san-
tificans. Quod si plures in necessitate
vg. in naufragio, aut in domo conta-
giosa jacentes simul absolveret, di-
cens: Ego vos abservo; jam solum unum
peccatum censeretur committere.

3. QUAERO. An Sacerdos in peccato
morti, transferens Eucharistiam de altari

S. 4.

im.

in alium locum, pecces mort. aut forte de paxide extrahens, ut exponat in die solemnissima? Resp. non videri hoc adeo grave, ut peccatum mort. involvat, quia non est actio ad animæ sanctificationem ordinata. Sic nec peccat mortaliter Clericus, vel etiam laicus, tangens in mortali Galicem, Corporalia, &c. licet ab aliqua irreverentia non excusat.

C A P U T I V.

De dispositione ministri.

I. QUAERO. An teneatur præmissore Confessionem, si peccati mortalis sit conscius? Resp. non teneri sufficit enim quod contritionem eliciat, per quam se sufficietur ad gratiam disponit. Unde Confessio est consilii, non stricti præcepti. De qua re in Rituall Rom. iussu Pauli V. edito sic legitur: Sacerdos si fuerit sibi peccati mortalis conscius, ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde pœnitentiat: sed si habeat copiam confessarii, & temporis, locisque ratio ferat, convenerit confiteri. Nempe hoc consu-

litus

litar, quia difficultis est contritionis a-
ctus & perfectus ille dolor ex toto
corde, & ex Dei amore proveniens. Est
vero necessaria confessio, nec sufficit
contritio, si quis Sacerdos debet cele-
brare aut communicare, ex speciali
præcepto, de quo agemus, cum de Eu-
charistia tractabitur.

2. QUAERO. *An non sufficiat attri-
tio, ut quis dignè ministret?* Resp. non
sufficere, quia tenetur quantum in se
est, ita se disponere, ut gratiæ statum
recuperet, quod non fit sufficienter
per attritionem. Unde si solùm putet
se habere attritionem, tenetur præmit-
tere confessionem, ut ex attrito fiat
contritus, vel majori conatu ad con-
tritionem perfectam se erigere. Quod
si accedat cum attritione, putans se ve-
re habere contritionem, jam excusa-
tur a nova culpa per ignorantiam. Ex
his resolve Casus sequentes.

1. Quid faciendum, dum duo Pa-
stores vicini ad se mutuò accedunt ut
confiteantur, & uterque est in peccato
mortali. Resp. necessariò illum qui
prior

prior audit & absolvit, debere elicere contritionem; is autem qui confitetur non tenetur nisi ad attritionem.

2. Quid faciendum, dum subito Pastor vocatur ad ægrum morientem, & perentem confessionem, aut in plenis vulneratum, ad quem festinandum est, ne moriatur sine cōfessione? Resp. si Pastor sic subito vocatus, extra statum gratiæ est, ob accelerationem etiam nō se reflectat super peccato suo, excusatur à novo peccato, absolvendo talem moribundum sine contritione. Quod si verò meminerit peccati sui, non excusatur ab elicienda contritione ob festinationem aut angustiam temporis, quia sufficit brevissimum tempus ad eliciendam cōtritionem; ideoq; tenetur ad eam eliciendam omnem conatum exercere: ita ut sine peccato novo nō possit ministrare, nisi se eam bonâ fide putet habere. Hæc vèrior & certior sententia est, quidquid dicat Lugo & Meratius apud Dianam, qui hanc nostram resolutionem citas p.s. tract. 13. resol. 74.

3. Qui

3. Quid dicendum de Sacerdote
qui conscius peccati mortalis incipit
audire confessiones, sed prius quam
absolvat conteritur. Similiter accipit
Venerabile Sacramentum & defert ad
agrum, nec curat conteri, nisi im-
mediate antequam agro porrigat.
Resp. 1. si talis speravit & intendit se
disponere per contritionem ante con-
summatum actum sui ministerii, pu-
taante absolutionem, in qua consum-
matur Sacramentum Pœnitentiæ, aut
ante Eucharistiæ in os communican-
tis porrectionem, in qua consumma-
tur & perficitur ministerium Eucha-
ristiæ, non censetur peccasse mort.
quia sufficit esse in gratia ante illam
consummationem & perfectionem a-
ctus principalis ministrandi. Resp 2.
quod si talis peccati sui memor, negli-
gens statum gratiæ, nequaquam cura-
bat administrare in peccato, ideoque
accingebat se ministerio sine volunta-
te contritionis, etiam si mutet in pro-
gressu voluntatem, jam peccavit; id-
eoque tenetur non solum de aliis pec-
catis,

catis, sed & de hac ipsa voluntate indignè administrandi, aut de periculo id ipsum faciendi, cui se proximè exposuit, conteri, ac suo etiam tempore id ipsum confiteri.

4. QUAERO. An liceat recipere Sacra-
menta ab eo qui indignè est ministraturus?
Resp. 1. numquam facile existimandum est quempiam indignè ministra-
turum, etiam si sciatur esse in peccato,
quia potest se per contritionem ad
gratiam disponere. Resp. 2. licet sim
moraliter certus eum cū peccato mi-
nistraturum, si tamen sit rationabilis
causa petendi Sacramentū, nec facilè ab
alio possim recipere, non pecco. Ra-
tio est, quia bonum est quod petitur,
& ille potest si velit licet dare, & ego
justam petendi causam habeo. Si vero
mihi fuerit copia alterius, tenor ex
charitate ejus impedire peccatum nec
inducere ad ministrandum: quia etia-
si jus habeam petendi, tunc tamen ju-
sta etiam causa occurrit eo jure no-
utendi, & nihil me urget, ut ab eo pe-
tam, cū ab alio possim: & maxime

non sit paratus administrandum, vi-
deor ei peccati occasionem suggestere
qua nullo meo incommodo possem
abstinere. Ex his deducitur resolutio
casuum sequentium.

I. Quid faciendum si Parochus sit con-
iubinarius, aut in notorio peccato, & illius
occasione haerens? Resp. potest subditus
petere ab eo Sacra menta, non solum
in Paschate aut ægritudine, quando
urgetur præcepto communionis aut
confessionis: sed etiam dum iudicat
animæ suæ utile. Pœnitentiæ v. g. &
Eucharistiæ Sacramentum percipere,
nec ei oportunitas est alterius Con-
fessarii aut ministri. Et id verum est,
non solum quando ad ministrandum
separatum exhibet, puta sedens in cō-
fessionali, ut excipiat confessiones pe-
nitentium, aut in altari disponens se ad
ministrandum accedere volentibus
Eucharistiam: sed etiam quando ad
id paratus non esset, nec libenter face-
ret, possum inducere, & petere, si aliis
mihi non suppetit, & rationabilis cau-
sa me impellit ad Sacramenti percep-

T

tio-

tionem, v. g. quia est solemnitas aliqua principalis, in qua soleo ex pieta te communicare: aut à longo tempore non sum confessus, & opto confiteri ut consulam puritati conscientiæ, & saluti animæ meæ. In tali enim casu, cùm sit bonum quod peto, & ille per contritionem bene possit dare; quamvis id ex malitia sua non sit facturus, non teneor ejus peccatum cum tali in commodo meo vitare.

2. *Quid faciendum, si Parochus sit excommunicatus?* Resp. si non sit denunciatus, aut manifestus Clerici percussor; possum ab eo petere & recipere Sacra menta, sicut in priore casu; hoc est, si rationabilis mihi adest causa, nec alium ministrum facile habeam. Quod si sit denunciatus vel notori us percussor Clerici, jam nō possum nisi in extrema necessitate, ob præceptum Ecclesiæ, quæ præcipit tales esse vitados in Extravag. ad evitanda, prohiberque participationem in divinis cū talibus. In articulo verò necessitatis, possum petere ab eo Baptismum & Pœnitenc-

nitentiam , & ut aliqui docent etiam Communionem. Atq; ille licet etiam potest ministrare , cōcipiendo contritionem, si non possit facile curare absolutionem. Quod etiam dicendum de illo qui non est denuntiatus, à quo Sacramenta peterem secundūm jam dicta extra necessitatem ; potest enim dare concipiēdo contritionem, si tūc non possit curare absolutionem : quia sille non posset dare, ego non possem petere; nec n. ab aliquo possū petere, quod sine peccato nō potest exercere,

3 Quid faciendum, si sit aliquis Parochus qui sine superioris auctoritate se in beneficium intrusit, Vel si contingat Parochū ipso jure, aut per sententiā Judicis ob crimen suo titulo privari, & nihilominus sese manu teneat vi in pessione beneficii? Resp. à tali non licet petere Sacra menta, quia non potest licet dare ca rens jurisdictione, imò aliqua non dat valide: non enim validè absolvit , aut matrimonio conjungit , si notoriè sit intrusus, aut notoriè privatus titulo per sententiam : si autem communī

T 2

existi-

existimatione habetur legitimus Pa-
rochus, licet ob occultum impedime-
tum canonice non fuerit institutus,
aut occulte sit privatus à jure vel per
sententiam, quæ passim ignoratur, as-
serunt Doctores; suppleri ab Ecclesia
jurisdictionem.

C A P U T V.

De intentione ministri.

I. QUAERO. Quæ intentionis requiri-
tur in ministro? Resp. requiri in-
tentionem faciendi quod facit Eccle-
sia, vel quod Christus fecit, vel quod
Christiani faciunt. Unde cum hæreti-
ci hanc habeant intentionem, ex ea
parte Sacramentum Baptismi ab illis
datum non reputatur dubium. Dico
ex ea parte, nam fortè aliunde dubium
reddi posset: nam cum dicant non esse
necessarium sese alligare verbis au-
formis in Sacramentorum ministerio,
possent verbum aliquod essentiale in
forma mutare, & sic nihil efficere. Ipsi
putant solùm requiri verbum concio-
natorium & non consecratorium, i-
deoque circa formam etiam baptismi,

errat

error aliquis essentialis posset contingere. *Addo* juxta relationem quorundam qui apud Calvinistas conversati sunt, quandoque contingere quod Prædicans è sua cathedra peracta cōcione pronunciet verba ad baptisandum: inferiori verò loco alias quispiam aspergar aquâ puerum, qui baptismus vel nullus vel dubius foret. Hinc non mirum si ob has & alias rationes aliqui Episcopi curent sub conditione rebaptisari ab hæreticis baptisatos.

2. *Quaero*. *An requiratur intentionis actualis?* *Resp.* sufficere virtualem, quam habet is, qui ex virtute actualis intentionis que præcessit, procedit ad opus. In processu ergo operis cēfetur manere virtute, quia non est revocata per aliquam contrariam intentionem. Sic qui se intentione actuali parat ad sacram, & hostias ad consecrandum disponit, licet postea distrahitur in consecratione, nec cogitet actualiter de hostiis ibidē præsentibus nihilominus cēnsetur consecrare, & ha-

T 3 ber

bere intentionem virtualē: quia virtute permanet prior intentio, ex qua se applicavit ad sacrificiū & Sacramentū conficiendum. Consulendum verò, ut quisq; quantum in se est, actuale intentionem renovet circa consecrationem, aut in aliis Sacramentis dum formam pronunciat, & materiā applicat, quia illa perfectior est. Reprobamus tamen hic modum agendi quorundam sc̄i upulorum. tunc repetentium:
Volo consecrare: Intendo baptisare: volo hoc vel illud in hac actione agere. Hoc enim non est necessariū corde vel ore dicere; sed est verè actualis intentio, dum tu tibi actualiter es præsens, & animo attendis ad id quod peragis. Hæc vocatur actualis intentio in actu exercito: illa autem prior dicendo,
Volo, Intendo, est actualis in actu signata: sed non est necessaria, quando prior illa adest, estq; superflua & impertinens si sit cum anxietate conjuncta, ut aliquibus contingit.

3. QUAERO. Quam intentionem debet habere minister circa personam aut materiam?

riam? Resp. 1. quantum ad personam suscipientem, debet intendere administrare Sacramentum huic personæ præsenti Vnde licet error materialiter continget circa illam personam, vallet Sacramentum, v. gr. putat esse filium Pauli, & est filius Petri, putat esse matrem, & est fœmina. In matrimonio ramen contrahentes qui sunt ministri, rectè determinant suam intentionem ad determinatam personam: ita ut si esset alia, nullum esset Matrimonium, quia est contractus onerosus, in quo iusta de causa limitatur consensus pro hac persona, & non pro aliis. Resp. 2. quantum ad materiam, in Eucharistia debere illam determinari per intentionem ministri. Quare si quis ante se haberet decem hostias, & non intendenter consecrare nisi quinque in confuso nihil faceret; quia cur potius hæc quam illæ essent consecratæ, si nō determinarit intentionem ad has specia liter præ illis? Non est tamē opus, cùm vult plures consecrare, ut numerum determinet, sed recta intētio erit, velle

consecrare quas ibi ante se præsentest
habet & præparatas. Vnde hæc inten-
tio confulenda est Sacerdoti. Et cum
supponamus illam communiter ab il-
lis haberi, ex illa resolvendi sunt casus
sequentes.

1. Casus. Quid dicendum si Sacerdos
putet se habere unam tantum hostiam, &
revera inveniat se habere duas, quia una
alteri cohærebat? Resp. utramque esse
consecratam, quia ejus intentione est,
quod præsens est, & ut consecratus
appositum, consecrare, quam inten-
tionem non destruit privata deceptio.
Dices, ille non voluit consecrare nisi
hostiam quam videt, unde si latebat
altera sub illa, ejus intentione ad eam no-
pertigit Resp. si ita præcisè habuisset
intentionem, ut dicitur, concedo quod
opponitur; sed dicimus hoc ordinariè
non fieri; nec debere fieri.

2. Apponit Clericus ministrans a-
liquot hostias in parte extrema cor-
poralis, ut consecrentur pro aliquo
communicantibus: sed non moneret
hujus rei Sacerdotem; aut si monuerit
Sacer-

Sacerdos non intellexit quid vellet,
unde nec advertit illas præsentes: quæ-
ritur, an censeantur consecratae post
verba cœficationis? Resp. nō esse, quia
non habuit intentionem unquam a-
ctualē circa illas, quapropter nec vir-
tualē nunc censetur habere: sed quod
præsens præ manibus habet, solum
censetur velle cœfcrare; cùm de aliis
ibidem existentibus ne suspicetur qui-
dē, nec iunc cum consecrat, nec antea.
Aliud foret, si postquā ipse aliquot ibi
consecrandas apposuit, alius quispiam
etiam ipso non admonito, aliquot su-
peraddat: intentio enim fertur ad cu-
mulum, hostiarum ibi præsentium,
non limitatè ad eas quas apposuit.

3. Accidit eidem Parocho in die
Assumptionis B. Mariæ in quo magnus
populus ad communionem se para-
bat, quod post offertorium procedens
ad concionem, dixerit matriculario,
ut notabilem, numerum hostiarum in
altari collocaret, ad consecrādum pro
communicantibus. Ille præparat, &
in fine altaris collocat, ut sacerdos re-

T s diens,

diens, eas videns, super corporali pos-
sit illas disponere. Sacerdos regressus,
non advertit, donec post consecratio-
nem & post Memento, defunctorum,
eas ibi relietas cōspicit. Quid ageret,
anxius est. Plebis meminuit quæ vult
communicare, illas hostias non pu-
tat consecratas, quod si communio
non detur, scandalum timet. Ipse igi-
tur apponēs occulte illas hostias cor-
porali, iterum pronunciat formam
consecrationis Quæritur hic primo, an
illæ hostiæ non erant cōsecratæ Quæ-
ritur secunda, an poterat iterum for-
mam pronunciare & consecrare? Ad
primum respondeo non censi*re* conse-
cratas, quia ejus intentio non cense-
tur se porrigerere ad eas in tali loco cō-
secrandas, cùm non censeatur voluisse
peccare, peccaret autem consecrando
sic super nudam mappam appositas.
Ad 2. Resp. etiam posse excusari à pec-
cato iterum cōsecrando, tum quia sic
putavit remedium adhibendum scan-
dalo; tum quia non existimanti qui-
dem consecratas formido aliqua levis

de
bar,
tum d
inops
pleni
prude
terim
casu i
foret;
tamqu
dus po
rò his
éadem
craze,
Quâ c
ritior
rem:
cation
& PrL C
tismo
Ad E
sio cu

de opposito occurrentis, anxium reddebat, quid de illis hostiis foret agendum; cum denique, quia in tali subito casu mops consilii, nec hærere valens ad plenius rem examinandam, egit quod prudentia hic nunc ei suggerebat. Interim difficultas manet, quid simili casu iterum occurrente peragendum foret, an reliquendæ ibi illæ hostiæ, tamquā non consecratæ, & relinquendus populus sine Communione: an verò his pronuncianda forma, durante eadem Missâ, cùm hoc sit bis consecrare, & per consequēs bis sacrificare. Quâ de re mihi satiis dubia libens peniores Theologos resolventes auditem: *Vide ad pleniorum hujus casus explanationem quæ habet Diana ex Gamachæo & Præposito p. 5. tract. 14. Resol. 19.*

CAPUT VI.

De suscipiente Sacramentum.

QUAERO Quæ dispositio requiriatur in suscipiente? Resp. in Baptismo & Pœnitentia sufficit attritio. Ad Eucaristiam requiritur Confessio cum contritione vel attritione: ni-

T 6

si ubi

Si ubi non est copia Confessarii, & ad-
est necessitas urgens communicandi;
tunc enim sufficit contritio. In omni-
bus aliis sufficit contritio etiam sine
Confessione, puta in Confirmatione,
Ordine, Matrimonio, Extrema-U-
tione; nec attritio sufficeret, nisi pu-
tetur contritio.

2. QUAERO. *An ignorantia non possit
simplices excusare?* Resp posse, si non sit
crassa & supina, sed invincibilis. Ex-
gr. in Sacramento Confirmationis.
Vidi ego novissimè in Germania Ful-
de, dum Illustriss. Nunciis Caraffa mi-
nistraret ibi Sacramentum Confirma-
tionis, statim accurrisse multa millia
virorum & mulierum è pagis, quo-
rum multi absque dubio vix instruvi-
erant de dispositione ad Sacra-
mentum, quia nec solitum à multis retrò
annis in istis partibus hæresi infectis
ministrari. Unde nec confessione se
præparabat, nec ut apparebat, contri-
tione, donec in primo die adverten-
tes, monuimus Illustrissimum, ut se-
quenti die per Concionatorem publi-
cè

cè eos curaret præmoneri , & instrui de dispositione necessaria. Horum itaq; multos puto à peccato excusatos, licet forte in statu peccati mort. essent: quia ignorabant excusabiliter dispositionem necessariam, de qua nūquam fuerant instructi. Non tamen facilè excusarim Pastores , quod supradicta sæpius negligentia plebem suam de his non instruxerint.

3 QUÆRO. An suscipiens Sacramenta in statu peccati mort. sine dispositione sufficienti, possit repelli? Resp. si occulte petit, possunt ei denegari Sacramenta; si publicè non possunt, ob jus quod habet ad famam suam ; nisi etiam publicum sit peccatum , de qua re agemus, cùm de Eucharistia.

C A P U T VII.

De requisita intentione & Consensu
in Suscipiente.

R Equiritur in multis voluntas aliqua, aut actualis, aut virtualis, aut saltē interpretativa recipiendi Sacramentum. Est communis Theologorum sententia ; definitq; Innocent.

T 7

Gnyp.

*Cap. Mijores de Bapt. quod is qui num-
quam consentit, nec rem, nec chara-
cterem suscipiat Sacramenti: Strictius
tamen loquuntur Theologi de volun-
tate in ministrante, quam in suscipien-
te. Nam ad Sacramentum Extremæ
Unctionis sufficere docent voluntu-
tem, quâ quisque fidelis vult fruire
mediis à Christo institutis, cupitque
ea sibi applicari, si eguerit. Idem dic de
Sacramento Confirmationis. Simili-
ter in Baptismo & Pœnitentia, licet
requiratur voluntas quæ aliquando
expressa fuerit, tamen si homo post il-
lam incidat in morbum somnum, a-
mentiam, poterit baptisari & absolviri.*

Hæc autem non sufficerent in Mi-
nistro. Nam licet voluerit antea ab-
solvere aut baptizare; si tamen postea
superveniret ebrietas, sōnus, amentia;
ebriusq; aut amens, aut dormiens ba-
ptizaret, aut absolveret, non judicatur
valide baptizasse, aut absolvisse.

Ratio discriminis esse potest, quia
Minister est principium morale effi-
ciens Sacramentum: unde intentio in

eo requiritur, ut principium & forma
exterioris actionis, quæ humana aut
rationali actione fieri debet. An in su-
sciente tantu illa requiritur inten-
tio, quæ sit quedam dispositio ut sit sub-
jectum capax, sive non repugnans Sa-
cramento. Ad quod videtur sufficere
interpretativa illa voluntas, quæ cen-
setur esse in amente & dormiente, qui
priorem voluntatem non revocavit.

Ex his resolve casum qui accidit in-
ter Francfurtum & Moguntiam. Qui-
dam Nobilis Judæum secum naviga-
tem aggressus, in flumen præcipitat,
brachio suspensum tenens in aquis,
dicitque ei: *Agnosce Christum pro Deo,*
& baptismum pete, aut in profundum te
mergo: Judæus necem sibi imminere
videns, petit baptismum & implorat
misericordiam, dicens se agnoscere
Christum pro Messia. Interrogat No-
bilis an ex veritate cordis baptismum
petat? Affirmat ipse. Accipiens ergo
Nobilis ille aquam ejusque capiti
superfundens pronunciat formam: *E-*
go te baptizo in nomine Patris & Filii &
Spi-

Spiritus Sancti. Postea in profundum impetu eum submergit, dicens se animam mittere Deo, ne forte si prolonget ei vitam, eum baptismi poeniteat, & Diabolus eam possideat. Utique hic actus crudelissimus fuit, & detestandus.

Quæritur tamen, an verè baptizatus cœseri debeat Judæus ille? Resp. si consensit baptismō, licet hic consensus per metum violentum & injuste iucūsum extortus fuerit, tamen validè baptizatus est; quia ut dicit Innocent.

3. Capitulo Majores, est solum secundū quid involuntarius, absolute autem censetur voluntarius.

Nec refert quod talis metus irritaret Matrimonium. Cùm enim Matrimonium funderetur in contractu qui juris dispositioni subest, per juris dispositionem irritatur talis contractus, cui metus per vim & injustitiam iucūsus causam dederit. Baptismi autē Sacramentum non ita subest juris dispositioni, sed à Christo sic institutum censetur, ut sufficiat voluntas illum.

§ 9.

suscipiendi, à quocumque extorta sit etiam per injuriam; quia saltem ipso Christus nullam facit injuriam, qui etiam sine consensu posset omnes ad baptismum cogere.

Quod si Judæus ille fidei consensit, nō fuit verè baptizatus; quia nō voluit Christus aliquem per baptismum sibi obligari sine aliquo prævio cōsensu & intentione sua, quando illius capax cēsetur, ut ab Ecclesia declaratum est.

Ulterius, si Judæus ille per metum consentiens, nullam peccatorum præteriorum displicentiam, vel actualē, vel virtualem concepit, non jam Deo victima, sed lignum aridum inferno demersum est per manifestam baptizantis impietatem & crudelitatem. Quia licet Baptismi characterem potuit suscipere, gratiam tamen baptis malum non accepit sine dispositione, aut cum voluntate peccatis adhærente.

TRA.

TRACTATVS II.
RESOLUTIONES QUÆSTIO-
NUM & Casuum Pastoralium.

DE BAPTISMO

CAPUT I.

De Materia Baptismi.

I. **Q**UAERO. Quæ aqua essentialiter requiratur ad Baptismum? Resp. sufficere requiri veram aquam & naturalem, quæ retineat substantiam elementi aquæ. Hinc deducitur resolutio casuum sequentium.

1. **Casus.** Si quis baptizarit in lixivio, aut in aqua multū permixta pulveri, aut terræ, valet Baptismus. Ratio est, quia cœsetur in his tantum alteratio, non verò immutatio substantialis aquæ.

2. Si quis baptizarit in aqua, in qua carnes coctæ fuerint, distinguendum est; nam potest esse talis decoctio, ut immutet essentiam aquæ, & faciat mixtum aliquod aliud ex pinguedine aut succo carnis: aliquando eit levis de-

I.
STIO.
m.

deco^{ctio}, ita ut licet aquam bullientem pinguedine asperget & alteret, censeatur tamen essentia aquæ non immutata: & communistunc opinio tenet valere Baptismum.

3. Si quis baptizarit in cerevisia, censetur nullum Sacramentum. Ratio est, quia ordinariè est alia species aquæ, ob digestionem aquæ & grani incorporationem. Dico ordinariè, nā tam parva videtur esse posse cerevisia, tam exigua coctio & mixtio grani, ut aquam extra speciem suam non videatur trahere.

4. Si quis baptizarit in aqua rosacea, aut aqua ex floribus, nullum est sacramentum: sunt enim hæc quædam mixta, ab aqua elementari diversa. Sic aqua è vite fluēs, aut arboribus, diversus succus est, ab aqua elementari essentiâ differens.

5. Si quis baptizarit in aqua, quæ resoluta fuit ex sale: tunc satis communis opinio censet valere Sacramentum, nec talem aquam ab elementari essentialiter differre.

6. Si

6. Si quis baptizarit in urina, lachrymis, sudore, sputo, nullum est Sacramentum.

Adverte generaliter, si quis in istis quæ diximus probabiliter esse materiam, puta lixivio, carnium jure, aqua ex sale: & similibus, baptisfarit in necessitate: si postea alia aqua habeatur, opus esse iterum sub conditione baptismare; quod si non possit haberi, & moriatur puer, potest sepeliri in loco sacro ob probabilem Baptismum.

2. QUAERO. Quæ ablutio, aut cuius partis contactus requiritur ad valorem Baptismi: Resp. requiri calem ablutionem, calemq; in aliqua parte corporis aquâ attractum, ut homo possit dici ablutus. Ex hac generali responsione deducenda est resolutio casuum particiarium.

1. Casus. Puer solùm emittit ex utero matris partem aliquam manus, an sit baptisatus, si illa pars aquæ attingatur? Resp. multi Theologi, cum in qualibet corporis parte sit tota anima per contactum cujusvis etiam mini-

maz;

mæ, illam ab originali posse purgari.
Itaque in periculo quælibet pars ba-
pisanda, dum non possunt principa-
les partes attingi. Si postea perfectius
enascatur, repetatur Baptismus sub
conditione.

2. Quædam obstetrix retulit mihi,
se cùm non posset extra uterum habe-
re aliam partem, quæm umbilicum,
per quem infans sugit alimentum à
matre, & illi conjungitur, baptisasse
infantem in umbilico; an sit validus
Baptismus? Existimo quod non, quia
umbilicus non censetur pars homi-
nis, ideoque præscinditur. Sed quære-
batur, an talis infans deberet privari
Ecclesiastica sepultura! Consequenter
respondendo, videtur quod sic. Tamen
contrariam opinionem posset quis
cum aliqua fortè probabilitate tueri,
dicendo umbilicum non minùs cense-
ri aliquid infantis in tali statu, quæm
capilli censeantur aliquid hominis, li-
cer sint quædam excrementa, sicut &
umbilicus: & ita sicut per capillos cé-
serur homo ablucus (ut multi docent)
simili-

Similiter videtur per umbilicum dici posse infantē ablui, tamquam per aliquid sui, quia etiam per illum aqua ad corpus infantis censeri posset pertinere. Ob has & similes rationes, quae afferri possent in favorem pueri, & Baptismi dati; nō planè condemnari, si talis sepeliatur in loco sacro, quia saltem apparens aliquod jus ei possit adscribi, ratione talis baptismi disputabilis. Et quamvis longe infirmior sit pars favens, cur tamen debeat privari jure loci sacri, nisi manifeste & irrefragabiliter constet privandum, sive illi tale jus non competere?

3. Contingit infantem aliquam partem extra uterum protendere, sed pelle secundinā seu pelliculā suę generationis involutam: ita ut non possit attingi per aquā, nisi illa pellicula infantile corpus involvens: an sic validide possit dari baptismus? Resp. non posse, quia non censetur propriè tunc infans ablutus, cùm illa pellicula sit ei quid extrinsecū. Sic si aqua uestes tantum alicujus attingeret, nō censetur

baptis-

baptisatus. Unde non est existimandum S. Petrum, dum in diebus Pentecostes plura millia baptisavit, simili modo baptisasse, quo nos populum nūc aquā aspergimus benedictā. Illam n.sufficit vestes attingere, quia ex opere operantis, sive ex devotione suscipientis vim habet, quo circa morali quādam ratione operatur, licet corpus non attingat. In Baptismo a.requiritur realis quidam corporis attractus, quia ex opere operato vim habet; unde si tali aspersione multitudinis, usus fuisset S. Petr. quali nos, potuisset nullitas cōtingere sacramēti, respectu ali. quorum, quos vel aqua non attingeret, vel certè solas vestes ringeret. Ergo dicendum est, quod singulos baptisaret singillatim, vel paucos simul: dicere enim quod Deus dispensaret circa illos quos aqua non attingeret, solidō caret fundamento; maximē cum initio legis non congrueret in tali Sacramēto legem initiante, dispensatio.

4. Contingit infantem cerni vel tangi ab obstetricie, sed intra uterum, nullā

nullà sui pàrte protensâ extra uteum; foretne validus Baptismus, si aqua illum attingat? Resp. negativè, quia nequit regenerari, qui necdum est generatus; saltrem secundùm aliquam sui partem. In his tamen duobus ultimis casibus, existimarunt aliqui Théologi sub conditione baptisandum: *Si tu es capax, ego te baptizo, &c.* Quia dulitatem baptismi in his casibus non est ita definitum, ut contrariæ sententiae sint erroneæ, quamvis parum probabilitatis censeantur habere.

C A P U T . II.

De forma Baptismi.

I. **Q**UAERO. An sit sufficiens forma, si quis dicat: *Ego te baptizo in nomine Sanctæ Trinitatis?* Resp. non esse, quia necessaria est explicita Trinitatis invocatio ad Baptismum: sicut & in adultis requiritur ad salutem explicita illius fides. Cùm ergo hic mutetur explicita invocatio in implicitam, catenus etiam formæ significatio ceteratur immutari, & sic nullum reddi sacramentum.

Simil.

Similiter certum est nullam esse sacramentum, si quis dicat: *Ego te baptizo nomine Iesu Christi*; licet disputabili sit, an Apostoli non baptisarint sub hac forma ex dispensatione?

De variis modis quibus forma potest alterari vel corrumphi. Vide dicta sopra in resolutione casuum, de Sacramentis in genere.

2 QUÆRÔ. *An formæ pessit adjici aliqua conditio?* Resp. duplicem esse conditionem, quæ potest usū Ecclesie apponi in casibus dubiis. Primo, cum dubitatur, an vivit proles, aut an sit capax Baptismi, rectè dicitur: *Si tu vivis, ego te baptizo, &c.* Si tu es capax, ego te baptizo, &c. In rigore autem sufficit mente concipere conditionem. Secundo, dum dubitatur an fuerit baptizatus solet addi: *Si non es baptizatus, ego te baptizo, &c.* Non est autem necessicere: *Si es baptizatus, ego non te baptizo*, licet id in aliquibus Pastoralibus exprimatur. Immo ut jam dixi, etiam mente hanc conditionem sufficit concipere.

V

Ad-

Sime

Adverte verò illum, qui temerè nul-
lā adhibitā diligentia, etiam sub con-
ditione rebaptisat, peccatum mortale
incurrere. Tamē talis non incurrit ir-
regularitatem. Ratio est, quia non est
rebaptisatio simpliciter, cūm nō sita.
Etio procedes ex intentione dādi bap-
tismū homini baptisato, Irregularitas
a. cūm imponitur ob rebaptisationem,
debet intelligi de rebaptisatione sim-
pliciter, sive de peccato in illa specie
consummato; non est autem rebapti-
satio simpliciter, nec peccatum in ei
specie consummatum. Unde licet co-
ditio moraliter tunc quasi non adje-
cta habeatur, quantum ad hoc quod
non excusat à gravi peccato: magnitu-
men ponderis est, quantum ad hoc
quod intentionem rebaptisandi, & for-
malem rebaptisationem impedit.

De Baptismo Monstri vide Paro-
chiale Leod. f. s. & passim Doctores.

3. Quaero. An valeat Baptisma
uno pronunciante formam, altero adh-
bente materiā? Ex. gr. Conigit in Par-
chia mea, quod obstetrix utraque ma-

imp

TRACTATUS II. 351

impeditam ad tenendū brachium infantis extrauterum protensum, formam pronuntiarit, dum interim altera mulier aquam projiciebat & puerum abluebat. Resp. nō valere, quia quæ dicit *Ego te abluo*, falsum dicit, si aquam non adhibeat: ergo similiter si dicat *ego te baptiso*, quia idem est quod abluo, Saltem sub conditione debere repeti baptismus.

4. QUAERO. *An sub conditione repeti debeat baptismus, super pueris qui repromuntur apud portas Ecclesiæ vel Hospitalis, ut passim fit in urbibus, ubi multo expositi tui infantes sunt ex fornicatione nati.* Resp. 1. si nullum testimonium de baptismo eorum possit haberi, baptisandos esse, saltem sub conditione, Resp. 2. si scriptum habeant collo appensum quo indicentur esse baptisari, res magis videtur dubia, multi enim tunc putant ne quidem sub conditio ne baptisandum. Attamen *Synodus Cameracensis* (si res aliter non possit constare) statuit sub conditione posse baptisari. Ratio esse potest; quia tale testimonium non est ita certum, ut si-

dem indubiam faciat. Ergo cùm in ea
sū dubii semper inclinandum sit in fa-
vorem baptisandi, ne periculo expo-
nature ejus salus ob carentiam baptis-
mi; & altera ex parte, examine dili-
genti præmisso, & conditione apposi-
tā, non videtur periculum reiteratio-
nis baptismi; nulla videtur fieri unc
injuria Sacramēto. *Dianap* s. tr. 13. se-
sol. 8. s. Hic igitur locum videtur habe-
re illud Leonis ep. 92. Conferendum esse
videtur, quod collatum esse nescitur; qua
non temeritas intervenit præsumptionis,
ubi est diligentia pietatis: nec intelligitur
esse iteratum, quod ambigitur esse datum.
Favent & aliqua juris capitula, de con-
sec. d. 5. Cap. Placuit, cum sequentibus.
Addo ego, quod licet illud scriptum a-
liquam ficeret fidem, quod sit bapti-
satus talis infans; cùm tamen ignore-
tur à quo & quomodo, sive an debita
forma, & à persona quæ sciret Baptis-
mi ritum essentialē, imò contingat
talibus casibus quæri tenebras, & ab
idiotis mulierculis, rem occulte & cu
defectu quandoque essentiali peragi-

non mirum si dicatur hic aliquid ambiguitatis remanere, quæ sufficiat ad reiterationem sub conditione; cum non possint sciri & examinari personæ quæ baptismō adfuerint, vel illud administrarint, ut sciatur an rite collatus fuerit baptismus. Si enim quando obſtetricia baptisavit, volumus ut strictè & diligenter examinetur, ne error aliquis contigerit: quanto magis timeri potest, ne in similibus casibus muliercula magis ignorans baptifcarit? Hæc ponderanda sunt, quicquid dicat Ochagavia apud Dianam, & Hurtado, qui non respondent huic rationi & argumento.

C A P V T III.

De Cæremoniis Baptismi.

QVAERO. An circa necessitatē licet baptisare sine cæremoniis, ut assūretur puer, & postea tempore Parentibus aut Patrinis oportuno, adhibeantur cæremonie? Resp. hanc paſſim invaleſcere praxim; ita ut Pastores in pagis, ubi aliquis est Domicellus, vel ubi auctoritatis alieujus vir id

poscit, statim baptisent puerum à nativitate ; sed cæremonias differant ad libitum Parentum expectantium Patrinos. Quo autem jure id faciunt; non video. Tum quia est Clementina expressa prohibēs baptisare extra Ecclesiam, nisi in necessitate, aut Principis filium. *V. Clem. i. de Bapt.* Tum quia invertere ordinem cæremoniarum, ut postponantur Baptismo cæmoniæ quæ debent præcedere ex instituto ipsius Ecclesiæ censetur gravis materia. Unde *Navarr.* inter cætera peccata mort. quæ circa baptismum committuntur, istud recenset, dicens; *Sexto peccat, qui cum non sit Presbyter baptisat absque necessitate : immo & Presbyter, qui baptisat circa necessitatem, sine exorcismis & aliis solemnitatibus, vel cum illis extra Ecclesiam, præter filios Principum.* Ita ille *Man. c. 22. num. 7.* Adverte etiam, quod is qui advocatur Patrinus ad cæremonias solum, non sit vere Patrinus, nec spiritualem affinitatem contrahat: quia talis affinitas oritur extenentia in Baptismo,

sive

sive in administratione ipsius Sacra-
menti, non verò ex assistentia ad solas
cæremonias.

Cæterum, cùm aliquando contin-
gat Pastores urgeri importunitate in
casu posito, immò & molestari pro in-
fantibus quorumlibet Nobilium pri-
vatim sic baptisandis operæ pretium
foret, ut Episcopi publico Decreto Pa-
storibus suam mentem ea de re indi-
carent. Tum ad importunitatem quæ
eis solet invehi: propulsandam. Tum
etiam ne ipsi Pastores, aut alii id pe-
tentes ab eis, existiment hoc comnu-
niter licitum, ob consuetudinis præ-
scriptum; quæ tamen errori videtur
adscribenda aut adulatio[n]i.

2. QUAERO. Quid si Parochus bap-
tiset, præmissis exorcismis, & aliis cæremo-
niis baptismum præcedentibus: sed eas quæ
sequuntur differat ad aliquot dies, donec
Patrinus advocatus adveniat? Resp. hoc
non tam facile condemnandum puta-
rim, quam prius: quia inversio ordi-
nis, qua cæremoniæ baptismum præ-
cedentes postponuntur & differun-

tur, gravior est quām dilatatio aliquot cæremoniarum, quæ natura sua & institutione baptismum sequuntur: & ideo occurrente causa judicari possit istud licitum. Hoc tamē facile in proxim deduci etiam non probarim, quia Ecclesiæ consuetudo non admittit discontinuationem cæremoniarum; nisi gravibus de causis.

Casus. Si puer occurrat baptisandus in die Veneris Sancto , cūm sacrum Chrismæ novum non recipiant plerique Pastores à Metropoli distantes, ante Festa Paschalia ; possunt interim baptisare ad hibitis exorcismis, & aliis cæremoniis baptismum præcedentibus ; Chrismationem verò & subsequentes cæremonias possunt differre; quia præceptum est , non uti chrisme anni præcedentis , nisi in necessitate. Similiter dic de Oleo Cathecumnorum.

C A P V T I V.

De Patrinis.

I. **Q**VAERO. Quinam excluduntur hoc munere? Resp. I, excludi eū qui

TRACTATUS II. 357

qui non est baptisatus, & si de facto
suscipiat, non contrahit affinitatem
spiritualē. 2. Resp. excludi Abbatem
vel Monachum cap. Non licet de consecr.
d. 4. Sitamen de facto suscipiant, con-
trahunt affinitatem. Minor vero, cum
tacito jure id eis prohibetur, quod
passim contrarium practicent Abbates
vel Monachi, nisi quod putent con-
suetudine ius istud enervatum. Sed a-
pud pios & eruditos Religiosos haec
consuetudo non viget, ideoque potius
corruptela dicēda est. Et cum Cypri-
ano hic dicimus: *Consuetudo sine verita-
te vetustas erroris est; propter quod reliquo
errore, sequamur veritatem.* Resp. 3. Re-
gule etiam quibusdam in locis decerni,
vel saltē moneri Sacerdotes, maximē
Pastores per Statuta Synodalia, ut Pa-
tronorum officium non suscipiant. Ita
decernit quædam Constitutio in Diœ-
cesi Auxensi, tit. de Bapt. c. 5. ubi statuitur
ut sine Episcopali licentia id non fiat.
Idem ordinat Synodus Mediolan. 2. De-
cret. 17. Id ipsum continetur in Decretis
cultus pro Leod. Diœcesi, per Ill. Anton.

Alber-

Albergatum Nuncium Apostolicum f. 23.
Ratio horum decretorum est : quia
eadem causa quę militat in Religiosis,
ob quam arcentur ab hoc munere per
Canones, etiam locum habet in sacer-
dotibus maximè Pastoribus, ut expen-
dit *Synodus Mediol.* citata, & insinuat
Catech. Rom. agens de Patrinis: cùm
enim, inquit, Pastores publicæ Paro-
chiarum curationi præpositi sint, so-
ficere illis debet hoc onus , nec opus
est quod Patrinorum particularione-
ri se immisceant: nā & generaliter Pa-
tres sunt omnium , & maxime eorum
quos baptisant. Addo , quod ex more
cōmuni Patrini videantur sortiri etiā
aliquas obligationes temporales, tum
erga eos quos suscipiunt, tum erga cō-
patres & commatres ; ita ut inde fre-
quentes importunitates parum eorum
statui congruæ Pastoribus advehan-
tur. Deniq; id jure statuitur, ut omnis
suspicio tollatur, & omnis occasio cō-
versationis cū mulieribus ; oriri enim
solet quædam familiaritas ex compa-
ternitate , quæ nonnunquam in fo-

mum

num caliginosum libidinis potest ex-
ardescere, aut certè suspicionem aliis
movere. Hinc populari proverbio so-
let dicere : *De compere & commere les
wms sont toutes entrees de maisons.* Qua-
re cum Canon prohibet id Religiolis,
sic dicit: *Non licet Abbati, vel Monacho
habere compates vel commates, nec oscu-
laris fæminas.* Ubi insinuat ex compa-
ternitate oriri quandoque libertatis
etiam carnalis occasionem.

Adverte porrò Sacerdotem qui ba-
ptisat, contrahere etiam affinitatem
cum patre & matre, & cum baptisato.
Quapropter, notēt hic Parochi, quod
si inciderent in tactum libidinosum
vel cogitationem voluntariam, aut
delectationem morosam, circa puel-
lam à se baptisatam, vel circa fœmi-
nam cuius aliquam prolem baptisa-
rint; non sufficere in Confessione ex-
plicare, quod attigerint vel consense-
rint in puellam aliquam, vel in mulie-
rem conjugatam, aut viduam; sed et-
iam addendum est, talem esse à se ba-
ptisatam, vel aliquam prolem illius

mu-

mulieris se baptitasse. Cùm enim sit
hic affinitas spiritualis, talis actus vel
consensus ad incestum reducitur. Et
hunc quidem casum puto non infre-
quentem, ubi Pastores lubrici degunt,
quia facilè est cogitatione labi: hanc
tamen circumstantiam vix existimo
in Confessionem venire ex ignoran-
tia. Sed non est excusabilis in Paro-
cho, quia tenetur hæc scire.

2. QUADERO. Quā ætatem debeant habe-
re qui suscipiunt? Resp. si puer sit dolica-
pax, & habeat sufficiens iudicium ad
peccandum mort. potest suscipere &
contrahit cognitionē: sufficit n. quod
aliquo modo præcipere possit quid a-
gat, & quenā hic obligatio imponatur.
Quod si infra ætatem octo vel septem
annorum admittatur puer ad susci-
piendum, non contrahit cognitionē.
Sed ordinariè non debent admitti nisi
qui eam ætatem superant, puta circa
duodecimum annum aut undecimum,
cùm solent pueri communicare: quia
tunc censentur capaces ad obligatio-
nem illam pleniùs intelligendam, s.

iij.

TRACTATUS II. 361

instruantur. Imò in aliquib. Diœcessibus requirunt pubertatem, hoc est, annos duodecim in puellis, quatuordecim in masculis: & absurdum ducunt eos fieri Pàtres spirituales, qui per etatem non possunt esse carnales:

Neque tamèn magno scrupulo dundum puto, si quandoque contingat admitti etiam inferiores septennio (sic aliquando sollicitantur Nobiles, ut permittant filios suos ne cum septen- nes nomen dare, & levare de Fonte) nam tunc admittuntur propriè ut Patrini; nec ut contrahant affinitatem, sed potius honoris Parentibus debiti gratia assistunt: sufficit autem juxta Concil. Trident. quod unus vel una suscipiat. Sic satis erit, quod unus adultus suscepto sit, licet adjungatur ex altera parte puellula ne cum ætatis sufficientis aut contra, quod mulier aliqua materna adhibeat, licet ex altera parte puer septennio inferior assistat. Cendum tamèn ne haec nimis facile in proxim deducantur, consuetum Ecclesiæ motum temerando.

X

3: QUÆS

3 QUAERO. An maritus & uxor, eundem de sacro fonte levare possint? R. hoc non esse prohibitum; & certum est inter susceptorem & susceptricem nullam oriri cognationem aut impedimentum matrimonii. Unde anile commentum est quarundam veterarum, necesse esse dum juvenculus & juvencula eundem suscipiunt, & obstetrix inter utrumque se interponat, alioqui inter ipsos oriri impedimentum ad matrimonium. Advigilent Pastores, ne obstetrices, aliquæ antiquæ adhuc redoleant hanc superstitionem: nam videlicubi practicari, sed acri reprehensione remedium attuli. Examinentur etiam num circa puerperam pro facilitate partu superstitionem aliquam adhibeant, vel observationem vanam, enim anile ingenium in haec satis proclive, & valde tenax. Examinans quandam ea de re, dixit se invocare Christum & B. Virginis opem, & versum illum pro affectu recitate: *Et Verbum Caro factum est, & habitavit in nobis:* sequitum est hoc habere yim, ne partus mulieris

TRACTATUS II. 363

mulieris aliquo maleficio impediatur.
Cum autem nullam vanam circum-
stantiam huic orationi ab ea annex-
am potuerim deprehendere, non pu-
tavi ad reprobandum, quia absque
dubio pius affectus ad incarnationem
& Nativitatem Filii Dei, & ad Virgi-
nem parientem, plurimum prodesse
potest, sive contra maleficium, sive ad
faciliorem partum impetrandum. Sed
quia cautus est Dæmon, & per mulie-
res pii etiam actibus circumstantiam
aliquam erroneam solet immiscere,
sicque de pietate superstitionem effi-
cere, ideo debent suspecta etiam no-
bis esse quæ pia apparent, donec exa-
mine serio tamquam lidio lapide pro-
bentur, & aurum verum ab adulteri-
no discernatur. Sic supersticiosè so-
lent diem observare, quo post puerpe-
rium ad templum redeunt: nam die-
bus Lunæ, Mercurii, Veneris, non so-
lent accedere, nescio quâ observantia
& vanitate, de qua re aliquando in
Catechismo agere non supervacaneū
erit, quærendo. An dies Sanguine Jesu

X 2 Christi

Christi consecratus & redēptionis nostræ cōsummatione öbsignatus, dies scilicet Veneris, in idoneus censeri debat ; in quo Mater puerum Deo offerat sanctificandum & benedicendū ac seipsum quoque? An non & univer- sim omnes dies à Deo creati sunt & benedicti, dum ea quæ in eis fecit, di- xit valdè bona ? sicque diem aliquem ex se infaustum recensere , numquid Creatori illius est injuriam facere? His interrogatiōnibus & earum elucida- tione, è multarum mulierum mente eam suspicionem eliminavi.

Examinet etiam Parochus obſtri- ces, circa aliquas ſuperſtitio-nes ab ei adhiberi ſolitas tertio die à baptismo, dum puerο albulam auferunt & ablu- ūnt (hoc vernaculē vocant, des-aublen utuntur enim aliquibus cæremoniis, quæ paganismū ſapiunt aut ſuperſti- tionem: ovum ei in manus tradendo panem, ſalem, partem pecuniæ & ſimi- lia, omnēm ei proſperitatē & copia- terum cum ſolemnitate quorundam verborum appre- cantes.

4.Q

TRACTATUS II.

263

4. QUAERO. *An quis possit plures proles parentum eorundem suscipere?* Resp. id nullo jure prohiberi. Similiter quicunque de parentela etiam in gradu ascenden-
te potest suscipere, excepto Patre & Matre. Sic avus vel avia, neptem vel nepotem potest suscipere, licet in usu non sit. Adverte etiam cum maritus est Patrinus alicuius, non propterea uxorem contrahere cognationem; nec è contrà, cum uxor est susceptrix, non ideo Vir ejus contrahit cognationem, aut propriè est Patrinus; quamvis populari usu baptisati, utrosq; conjuges (licet alter tantum suscepit) soleant Patrini aut Matrinę nomine honorare.

5. QUAERO. *Quando quis designatur ut nomine alterius puerum suscipiat, quis contrahit affinitatem, an is qui vice sui aliquem designat, an is qui loco alterius est susceptor?* Resp. quod procurator nomine tenens non contrahit, sed mandans. Ita habet probabilior sententia, & fertur esse de ea declaratio aliqua Congregationis Card. Interpretum Concilii Trident.

X 3

6. QUAER

QUA

6. QUÆRÔ. *An diu differri possit baptîsmus infantium?* Resp. Parentes & Pastores debere curare, ut parvuli matûrè baptisentur, ob tenellam ætatem periculis multis obnoxiam. Quando tamen censenda sit dilatio nimia prudenti judicio est expendendum. Post aliquot dies si differant parentes, tunc sunt monendi, ut diligentem curam suscipiant tam die quam nocte; debetque Pastor se exonerare, si quid ei contingere. Non tamen existimarim peccatum mortale, si diligentem omnino curam adhibeant, & ad octo vel septem dies differant. Hoc quidem dixerim secundum jus commune, quia præceptum Ecclesiasticum hac de re in jure non reperitur, ut possit determinari, quæ dilatio peccatum mortale involvat. In diversis autem Episcopatibus Constitutiones possunt esse magis vel minus rigorosæ, & hæc sequendæ sunt.

In Parochiali Leodiensi sic habemus Viderint Pastores ne Nobiles, an enijscumque fortis subditi, quovis ex-

clusi

rum
ralis
causa
tia, a
facer
go p
bus à
cis d
judic
gere
quod
puer

7.
impõ
proh
men
ut si
Spiri
custo
ita in
ad sp
nem,
sione
tipli
inter

cluso praetextu vel colore, prolium suarum baptismum ultra diei unius naturalis spatium differant, nisi obtenta causas sufficienes ab Ordinario licentia, de qua apud Pastorem fidem debeant facere competentem. Hoc autem intelligo pro Parochis non longe distantiibus à residentia Ordinarii; nam in locis distantibus, Parochus prudenti suo iudicio ob causam viderur posse indulgere unū aut alterum diem, supposito quod cura diligens habeatur circa puerum.

7. QUAERO. *An plura nominare certe imponantur in baptismo?* Resp. licet id prohibitum non reperiatur, magis tamē congruere ut unum imponatur; ut sicut unus Angelus inter beatos Spiritus nobis deputatur à Deo ad custodiam è nativitate & baptismo: ita inter beatas animas, una eligatur ad specialem protectionem, directionem, cultum, imitationem, intercessionem apud Deum. Et hæc certe multiplicitas nominum à vanitate aliqua inter Magnates ortum hubuisse vide-

tur, ut sic à plebæis distinguerentur; nunc autem passim etiam plebæi voluntarii, sub titulis aliquibus devotionis erga Sanctos; quæ quidem devotio & zelus forte non est secundum scientiam, saltem non est secundum communem Ecclesiæ morem antiquum. Monceant etiam Parochi Parentes, ne nomina in baptismo posita patientur corrūpi, & alterari à domesticis aut popularibus, ob quod frequenter contingit nomina Sanctorum fieri ridicula. Similiter Ethnica & profana nomina non facile admittat Parochus.

8. Quæro. An possit Parochus admittere duos Patrinos, quando nulla adhiberetur Matrina, vel contra duas Matrinas, quando nullus adhiberetur Pater? Resp. non posse, quia Conc. Trid. expressè dicit, ut tantum admittatur unus vel una, vel ad summum unus & una: ergo nec duo viri, nec duæ familiæ admitti possunt, quia cum hic sit jus positivum, specialiter expressum, in rigore verbis Concilij standum est. Sic etiam declaravit Sacra Congrega-

tio Interpretum Concilii, addens Episcopum non posse concedere licentiā, ut duo viri loco viri & mulieris aliquem baptizatum suscipiant.

Corrigendum ergo hic *Parochiale* Leodiense fol. 6. agens de Patrinis, ubi insinuat duos susceptores, ubi nulla susceptrix, vel duas susceptrices, ubi nullus susceptor, posse admitti.

Sed quid si plures de facto sic admissi fuerint, contrahunt-ne cognationē? Respondet Congregatio. Si plures suscipiant, omnes contrahere cognationē, si non constat quis primo tetigerit, & plures fuerint electi, & æquè principaliiter admissi & designati. Si enim unū tatum designat Parochus, & nihilominus plures tangant, illi non contrahūt, sed is solus qui designatur à Parocco.

CAPUT V.

*De obstetricibus, aut baptizantibus
in necessitate.*

I. QUAERO. An quæ ex officio sunt obstetrics, teneantur scire formam baptismi & modum baptizandi? Respondet Suarez, in rigore non inveniri

X S hac

370 RESOL. PASTORAL.

bac de præceptum, nec Ecclesiasticum,
nec naturale : quia ex vi sui muneric
non obligatur obstetrix ad curandam sa-
lutem anime pueri , sed solùm ad coope-
randum nativitati ejus corporali. Hanc
sententiam sequitur etiam. Diana 2 p.
tract. i. Miscell. resol. 46.

Sed scimus præceptum esse passim
Pastoribus in Synodalibus decretis ,
ut advigilent ne ad officiam obstetri-
candi deputentur, nisi quæ priùs abi-
psis examinatae sint & instructæ de for-
ma & modo baptizandi vernaculâ sal-
tem linguâ ; quia sæpiissimè casus con-
tingit, quo succurrere teneantur pueris
in periculo mortis & partu difficulti, ita
ut nec per personas alias id ritè peragi
possit. Quapropter tunc ad baptizan-
dum ex charitate & obedientia tenen-
tur: & præceptum quod involvit Pa-
stores ut eas instruant, indirectè etiam
eas concernit ut formam & baptizandi
ritum essentialē ediscant.

Quare iterum hic monendos Pa-
stores existimo , ut huic instructioni
diligentem navant operam; quia mul-

TRACTATUS. II. 371

ni errores per crassam ignorantiam possunt hic intercurrere, ut multis in locis longâ praxi adverti.

Multæ reperiuntur baptizasse sola hac forma: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti non addendo, Ego te baptizo.* Scio & ubi contigerit, periclitante puerō, & partem corporis extra uterum protensam habente, dum illam partem utraque manu teneret obstetrix, aliam mulierem aquam fudisse, ipsa interim obstetricie formam pronunciante. Existimabantq; omnia tñtē esse peracta, cùm tamen hic baptismus vel nullus sit, vel omnino dubius judicio Theologorum. Denique in Jubilæo venit ad me mulier quædam extranea pœnitentiæ gratia, quæ munere obstetricis multis annis funga fuerat, cumque eam examinarem circa hoc munus, reperi quod quoties baptizarat, toties formam tertio repetierat super puerō; putans quod sic cutter aspergitur puer aquâ, ita etiam ter formam repetendam esse. Altera quoque mihi declaravit, quod quin-

quies eundem puerum baptizasset, ut tantò certior foret de baptismō. Hæc rememoro Pastoribus ruri agentibus, ut ignorantiae similiūm muliercularū obstetricantium diligēti curā succurrant, ne in ipsis redundant defectus nonnulli graves.

2. QUAERO. An baptizati ab obstetrici-
cibus sint iterum sub conditione bapti-
zandi, si post examen non inveniantur
malè baptizasse? Resp: cùm hic diver-
ſæ opinions inter recentiores Theo-
logos reperiantur, & in Diœcesibus
Manualia diversimodè ordinent, rectè
quemlibet facturum qui se sui Episco-
pi ordinationi conformarit. Ego dili-
genter examinatâ obstettice, & mulie-
ribus presentibus, si invenio eam rectè
formam scire; & si mulieres præsen-
tes firmiter afferant nihil tumultua-
rie factum, sed formam rite, cum ipsa
aqua ablcente, pronunciata fuisse, nō
rebaptiso; quia ordinat nostrum Ma-
nuale Leodiense non rebaptisandum.
Allegant aliqui inter obstetrics re-
pertas fuisse sagas sine intentione bap-
tizan-

tizantes, sed Dæmoni potius voven-
tes pueros. Resp: hoc non esse sufficiēs
fundamentum ad rebaptizandum u-
niversim baptizatos à mulieribus. Nā
etiam inventi sunt Sacerdores similes,
magiæque addicti, de quorum possit
intentione dubitari. Nec tamen ideo
baptismus ordinariè repetitur, etiam
à flagitosissimis datus Sufficit hic mo-
tali quadam certitudine de baptismō
ritè collato judicare Cestè in Italia, Si-
tilia, & alibi, non repeti baptismū ob-
stetricū, testatur Dian. s.p.tr.13. Ref.86.

3. QUAERO. An baptisans in necessita-
te contrahat cognationem? Casus hic
novissimè accidit. Quadam mulier ab-
ortum passa est ob febrim, ob quam etiam
mortua est; cum autem fœtus adhuc ali-
quid haberet vitæ, vicina mulier illum
baptizavit, quia sciebat formam baptis-
mi, & inter assistentes nulla erat magis
hac in re experta. Interim vir prædefun-
dæ mulieris jam viduus huic etiam vi-
duæ cupit jungi matrimonio. Quæritur
an possit? Resp: non posse sine dispensa-
tione; quia ex baptismo, etiam in ne-

cessitate dato, oritur cognatio spiritualis, impediens matrimonium inter Patrem baptizati & mulierem baptizantem. Et licet hac de re non cogitarit mulier baptizans, & non habuerit nisi intentionem subveniendi ex charitate profi periclitanti, ignara talis impedimenti; tamen ubi postea rescit, non potest cum Patre prolixi maritari.

Sed quæritur, *an Episcopus possit dispensare hic?* Resp. (quicquid sit universim de Episcopis) dispensationem hanc concedi ab Episcopo in Diœcesi nostra Leodiensi; *an verò id fiat iure communi, an iure & privilegio, sive consuetudine particulari hujus Episcopatus, non disputo.*

4. *QUAERO An si Pater vel Mater vel necessitate prolem baptizet, cognatio spiritualis oriatur inter eos? R. oriri; sed cum illa superveniat matrimonio jam contracto, non impedit illud; & secundum probabilissimum multorum sententiam non impedit baptizantem à petendo debito conjugali, si id necessitate factum fuerit; quia subvenies necessita-*

necessitatem patienti non debet adeo
gravi pœnâ puniri. Aliud foret si ba-
ptizarit Pater vel Mater, cùm alii astā-
tes baptisare poterant. Tūc enim mul-
ti Theologi, quos citat & seq. Sanchez.
l.6. de matr. disp. 36. n. 7. putant bapti-
santem esse privatum jure petendi de-
bitum. Sunt verò aliqui qui contrariū
docent, & dicunt ; quod licet culpa
hic interveniat, tamen talem pœnam
ex nullo textu probari. Ita Connich. &
alii citati apud Diana. 3. p resol. 3. tr. 4. ¶

Ex his resolve casum qui novissimè
accedit de quo & Pastor quidam me
consuluit. Contigit virum litteratum
suam prolem baptizare, cùm non esset ne-
cessitas; & si qua foret, aderat tamen ob-
stetrix sciens baptizare; habitabat & in
eadem domo Pastor loci, qui facillimè po-
terat vocari. Quid igitur dicendum
hic? Resp. illum peccasse graviter tunç
baptizando, & plerosque Doctores ju-
dicaturos eū debere abstinere à peten-
do debito conjugali, nisi disp̄setur; &
hęc est securior sententia. Alii tamen
cum Diana eum excusarent, non à
culpa

culpa, sed ab hac pæna, ut dixi; & hanc etiam sententiam non improbabilem judicat Layman, l. 5, tract. 10. p. 4. c. 8.

Sed vide ulterius. Ille Pater postmodum urget Pastorem, ut non solum suppleat ceremonias, sed etiam repeatat baptismum dicens se timere ne quis fortè defectus intervenierit: hoc autem petebat, quia Nobilem quemdam ad vocarat in Patrinum, ut sic ille non solum in ceremoniis Patrinus esse videretur, sed etiam in baptismo, ut postea satis animadversum fuit. Quid igitur hic dicendum? Resp. & in hoc graviter peccasse, quia cum non esset ignarus, sed sciret baptismum à se administratum sine errore substanciali, non debebat ob considerationes istas humanas urgere Pastorem ut baptismus repeteretur etiam sub conditione. Nec Pastor debebat ita facile rebaptizare, nisi re mature ponderata, ut sciretur quis defectus, intervenire posset diligentí omnino examine missio. Licet verò peccare potuerit Parochus nimis facile ejus petitioni acquiescendo, nec satis examinando ne-

gotii hujus pondus; non tamen incurrit irregularitatem (de qua cum me consuleret anxius erat) si vel sola mente conditionem conceperit dum rebaptizavit. *Sicut non es baptizatus, &c.* quia tunc solum incurritur irregularitas, dum est rebaptizatio simpliciter, sive intentio dandi baptismum hominjam baptizato, ut supra diximus.

Nota quoque, illum Nobilem non fuisse verè Patrimum, quandoquidem, ut suppono, validus antea fuisset baptimus; & ipse solum in cæremoniis adhibitus est; nā illa rebaptizatio sub conditione non fecit Sacramentum. Est autem sententia communis Theologorum, eum qui tenet in cæremoniis tantum, non contrahere cognationem. Adde, quod etiam non contrahatur, si quis teneat in baptismo privato domi dato infantem, etiam ut Patrius; quia secundum mentem multorum Doctorum, cognatio illa spiritualis non oritur nisi ex baptismo publico & solemnui. *Vide citatos pro hac sententia multos apud Sanchez de matrim.*

trim.l.7. disp.62.n.15. & apud Dianam
p. 5. tract.3. Resol.7.

Nota ramen, quod si quis in privato
domestico baptismo tenuerit infan-
tem ut Patrinus, & eâ quidem inter-
tione, scribendus est in Registro Pa-
storali; quia altera opinio, quæ dicit
hunc esse verè Patrinum, etiam proba-
bilis est, quam sequitur Suarez cum
nonnullis Doctoribus. Quapropter
hunc Registro inscribi mandat Syno-
dus Mechliniensis.

Ulterius dum quis per Procurato-
rem suscipit, uterque scribendus est
in Registro Pastoris; quia disputatur
quis vere illorum sit Patrinus; quam
vis probabilius sit eum qui Procura-
torem constituit esse verè Patrinum &
Susceptorem. *Alverte* tamē hoc habe-
re locum quando verè alius suscepit
nomine procuratorio. Sæpe autem co-
tingit ut quis alium sibi substituat; non
tamquam procuratorem, sed tamquā
verum susceptorem, volens se ab one-
re susceptionis exolvere, & tantum-
modo munusculum mittere, ne ille

quem

quem sibi substituit sumptu graveturs
quo casu substitutus ille, non autem
substituens, Registrum Pastoralis est in-
scribendus, quod quidem in praxi de-
bent notare Patochi, & examinare.

5. QUÆRERO. An ad Parrini officium
sit admittendus Hæreticus? Resp. nega-
tivè; quia hæretici, cū in recta fide pue-
rum instruere nequeant, sua se exolve-
re obligatione non possunt. Et hi eo e-
tiam nomine rejiciendi sunt, quod no-
mina SS, in Ecclesia, celebrium, puta
Georgii, Francisci, Catharinae, & alio-
rum pueris nolint imponi, afferentes
eos fuisse idololatras & Papistas. Certè
& miraculo quandoque Deum Patri-
nos hæreticos rejecisse constat.

Certâ relatione didici in Britannia,
inferiori in Diœcesi Leonensi intra Lan-
dernacum & Montem Relaxum, vul-
gò Morlayk, anno 1622. In Februario
contigisse quod sequitur. Cùm puel-
la baptisandæ Parrinus hæreticus ad-
hibitus foret, illeque nomen veller
impunere, miraculosâ loquclâ infans,
omnibus stupentibus, inclamavit,

Maria

Dianam
privato
t infan-
m inten-
stro Pa-
uæ dicit
n proba-
rez cum
ipropter
t Syno-
curato-
dus est
spatur
; quam
rocura-
inum &
c habe-
suscepit
tem cō-
uat, non
tamquā
ab one-
antum-
ne ille
quem

Maria est nomen meum. Unde nec Patrinus ille admissus est, nec nomen quod optabat imponi. Solent autem ipsi nomina veteris testamenti imponere: è contrà Ecclesia solet novi testamenti nomina imponere, ut ostendat prærogativam novæ legis supraliegem Moysis, quæ ad perfectum non adduxit. Unde nec festa ferè decernit Sanctis antiqui testamenti, & raro eorum nominibus utitur in baptismo ob eandem rationem.

An tamen quandoque possit permitti Patrinus hæreticus, urgentibus ex causis in locis, ubi passim converfantur Catholici cum Hæreticis, cum libertate indulta utrisque, ut sit in Germania & quibusdam Galliæ Provinciis; item an Catholici possint Hæreticorum ibidem filiis esse Patrini in eorum baptismo, Lutherano vel Calviniano more dato, disputat & resolvit Laym. l. 15. tr. 2. c. 28. Vide illum fuis ibi hac tractantem ratione Nationis Germanicae.

6. QUÆRÖ. An nomen in baptismo

accipit

TRACTATUS II. 381

acceptum liceat mutare! Resp. Em Sa Verbo, Nomen, his verbis. Nomen sibi quemque posse mutare, excepto seruo, modo fiat sine fraude & alterius prejudicio, quidam ajunt: Ego ad tempus, & ex causa id posse puro; alioqui acceptum in baptismō non posse nisi forte in Confirmatione. Hæc Em. Sa.

NOTA. Rituale Rom. postquam dixisset Baptismum oportere fieri per infusionem aquæ in modum crucis, subiungit: *Ubi Baptismus fit per infusionem aquæ, cavendum est ne aqua ex infantis capite in fontem defluat, sed vel in Sacrarium baptisterii prope ipsum fontem extructum defluat; aut in aliquo vase adhuc usum parato recepta, in ipsius Baptisterii vel Ecclesie Sacrarium effundatur. Quod quidem in his Provinciis non video usum receptum. Convenientissimum tamen foret id introducere.*

Addit idem Rituale: *Admitti non debent Patrini cuiusvis Ordinis Regulam. Unde patet non solum arceri eos qui strictè Monachi dicuntur, sed etiam*

jam Religiosos quoslibet; quod est cōtra nonnullos recentes Theologos.

TRACTATVS III.
RESOLUTIONES QUÆSTIO-
num & Casuum Pastoralium
DE CONFIRMATIONIS
Sacramento.

C A P U T I.

*De Materia hujus Sacramenti
& Forma.*

I. Q U A E R O. Quænam sit materia?
Respo. 1. materiam remotam
esse Oleum cum Balsamo ab Episcopo
benedictum. Et quidem Balsamum
requiri de necessitate Sacramenti, at-
que etiam benedictionem Episcopa-
lem similiter esse de essentia, est com-
munior opinio Theologorum: quam-
vis non desint multi qui censeant Bal-
salmi mixtionem esse solum de præ-
cepto. Si queras, an Pontifex possit et
jam committere hanc materiae confe-
crationem simplici Sacerdoti? pleriq;
negant contra Valentiam.

Resp. 2. Materiam proximam esse
unctio-

unctionem cum dicto Oleo , in modum crucis in fronte peractam. Et quidem formationem signi crucis esse necessariam & essentialē, colligitur ex ipsa forma : *Consigno te signo Crucis.* Fons quoque debet signari nec alia pars supplere potest.

2. Quaero. *An si unctio fieret in fronte , non per pollicem aut digitum , sed per medium aliquod instrumentum , an esset nullitas ?* Ita multi affirmant , quia in hoc Sacramento requiritur manus impositio ; si autem unctio fiat medio instrumento , non est vera manus impositio. Hæc sententia est tutior , sed puto aliam non esse improbatum. Unde si in contagio ad vitandam pestem Episcopus confirmaret virgulâ , puto esse validum Sacramentum , sicut & in Extrema Unctione. Nam & talis unctio potest dici *Manus impositio* , sicut percusso per baculum dicitur in jure , *Injedio Manus* , quia mediante manu fit ; & forma etiam Sacramenti hic verificatur , nec deest materia , nec significatur .

est cō-
gos.
STIO-
m
NIS
enti
aterial
motam
piscopo
lsamum
nti, at
iscopap
st com
quam
nt Bal
præce
offit et
conse
pleriq
am esse
unctio-

significatio violatur. Lege Sanctum
Carolum Borromeum in pestilentia
 suos visitantem multos confirmasse, &
 quidem existimo quod propriâ manu
 immediate. Quod tamen tunc potui-
 set, ubi erat periculum, uti virgula ad
 illud evitandum, probabile puto, cum
 sit hic frontis chrismatio; & consigna-
 tio, cum debita forma.

3. QUÆRO. Quænam sit forma? R.
 hæc est: Signo te signo crucis, & confirmo
 te chrismate salutis in nomine Patris, &
 Filii, & Spiritus Sancti. Atque quomo-
 dò omnia ista hic sint essentialia; ex-
 plicui in *Candela. tr. 3. l. 3.* sicut & signi-
 ficationem materiæ, l. 2. declaravi.

C A P U T II.

De Ministro suscipiente.

I. QUÆRO. Quis sit minister hinc
 cessarius? Resp. esse Episcopum;
 ita ut simplex Sacerdos invalidè illud
 ministraret, nisi forte ex commissione
 speciali Pontificis.

2. QUÆRO. An possit illud ministrari
 in aliena Diœcesi? Resp. non posse nisi
 ex licentia Episcopi illius Diœcessis. I.

TRACTATUS III. 385

sua tamen Diœcesi potest Episcopus
etiam alienos confirmare, si id gratum
putat aliis Episcopis; & ita ferè obti-
net praxis in Belgio, ut nullus acce-
dens rejiciatur, etiamsi alterius sit
Diœcesis. Vidi id sine scrupulo practi-
tari ab Ill. Cameracensi, & à R. Suffra-
janœ Leodiensi, dum ad confinia veni-
rat Diœcesis.

3. QUAERO. Quod si negligens sit Epis-
copus, quomodo peccet? Resp. Em. Sæ:
Notabilis negligentia Episcopi in confir-
mando, mortale est peccatum. Addo,
quandoquidem illis reservata sit hæc
potestas, debere ad hunc effectum
Diœcesis suas frequenter visitare, ma-
xime in locis quæ vicina sunt hæreti-
cis; quia plurimum valet contra sedu-
ctionem illorum. Item in locis agre-
stibus, in quibus sæpè hujus Sacramē-
ti defectu reperies fraude Dæmonum
mulieres & viros abreptos ad sortile-
gia & cultum Dæmonum, contra quo-
rumdam dolos vis hujus Sacramenti
poterat eos præmunire. Imitari de-
bent Apostolorum Petri & Joannis di-

Y ligen-

ligentiam, qui ad confirmandos Sama-
ritanos recens ad finem conversos ala-
criter mox excurrerunt.

4. **QUAERO.** *An infantes & amentes
possint suscipere hoc Sacramentum?* R.
quod omnis baptisatus capax sit illius;
Hinc & Apostoli omnibus baptisatis
manus imposuisse leguntur. Et post
Apostolorum tempora statim cum ba-
ptismo dabatur hoc Sacramentum cu-
juscumque ætatis, sexus, & status, ho-
minibus. Certè cum effectus ejus sit
robur & perfectio gratiæ, illa conve-
nit omnibus. Sic & olim cum bis tan-
tum in anno baptizaretur, infantes cu-
Baptismo Confirmationem accepisse,
testis est *S. August. tract. 6. in Ioh.*

Nec desunt Theologi qui judicant
magis expedire, etiam nunc, ut confir-
mentur infantes; ut tanto certius esse
etū percipient, & Christo arctius con-
jungantur, atq; ad majorē gloriam jus-
accipient. Ita inter cæteros id judica-
runt *S. Tho. & S. Bonav. l. 4. sent. d. 7.*

Alii censem differendum ad annun-
7. Favet huic opinioni *Catechismus P.*
V. &

TRACTATUS III. 387

v. & multarum Ecclesiarum consuetudo. Nec deest ratio. 1. ob majorem Sacramenti reverentiam per propriam dispositionem. 2. ut professio in baptismo per alios facta, in confirmatione fiat per ipsum suscipientem. 3. ad vietandum periculum iterationis, dum meminit suscipiens suæ confirmatio-
nis. Utroque opinio est probabilis. In Parochiali nostro Leod. sic habetur: *Omnibus Fidelibus post baptismum, Sa-
cramentum Confirmationis administrari
potest, expedit tamen usum rationis expe-
dari, qui ante septennium communiter non
apparet: nā pueri qui eo carēt, ad pugnam
spiritu alem nondum sunt idonei.* Sed ad hoc respondeatur, quod pueri apti sint ut armantur, & contignentur chara-
ctere militari, & gratiæ perfectionem suscipiant, ut suo tempore possint dem-
care, & auxilium oportunum reperire.

CAPUT III.

De necessitate hujus Sacramenti.

I. **Q**UAERO. *An sit præceptum stri-
ctum ad suscipiendum hoc Sacra-
mentum.* Resp. communiores Theo-

Y 2 logo-

logorum sententiam dicere non esse
obligationem sub pec. mortali; nec
culpam incurtere mortiferam eum qui
secluso contemptu, etiam toto viæ
suæ tempore illud non suscepit, eo
quod expressum hac de re in scripturam
aut Ecclesiæ decretis præceptum non
reperiatur.

Opinio tamen affirmans esse præ-
ceptum ut adulti suscipiant hoc Sacra-
mentum, habet suos Doctores anti-
quos. *Scot. Bonavent. Antonium, Sylv.*
VValdensem, P. Soto, Hugonem de S. Vi-
ctorie, quos inter recentiores sequitur
Philipp. Gammachæus, Sorbonicus Do-
cotor; insumto. 3. q. 69. c. 9.

Nec caret fundamento omnino pro-
babili. Primo, quia in actis Petrus &
Ioannes à Samaritanis exegerunt hujus
Sacramenti susceptionem, & Paulus
ab Ephesiis, ex quibus locis *S. Hiero-*
nymus Dial. contra Luciferianos deduc-
cit præceptum, dicens: An nescis Eccle-
siarum esse morem. ut baptisatis manus
imponatur, & ita invocetur Spiritus S.
Exigis ubi scriptum sit? In actibus Apo-
stolo-

TRACTATUS III. 389

litorum : Et si scriptura & auctoritas non
subesseret, totius orbis in hanc partem con-
sensus instar præcepti obtineret. Nam &
multa alia quæ per traditionem in Eccle-
sia observantur, auctoritatem sibi scri-
pta legis usurpant. Videtur ergo S. Hiero-
nimus in traditione præceptum fun-
dere. Farent & alii Patres, qui dicunt
per hoc Sacramentum nos fieri plenè
Christianos, & sine illo nos non esse
perfectè Christianos. Ita loquitur S.
Cyrillus Hieros. cathec. 3 Clemens Pont.
ep. 4. ad Iulium. Conc. Aurelianense can.
3. Capitul. Omnes fideles de consecr. d. 5.
ex epist. Urbani. Et S. Cyprianus ep. 70.
dicit necessarium esse ut baptisati ungan-
tur chrismate, & Melchiad. Pont. ep. ad
Episcopos Hispanie dicit esse necessaria
virtutis confirmationis auxilia, ac bapti-
smum & confirmationem ita esse conjun-
cta sacramenta, ut ab invicem nisi morte
præveniente nullatenus possint separari,
nec unum sine altero ritè perfici. Synodus
etiam Laodicensis c. 48. dicit Oportet bap-
tisatos post baptismum chrisma percipe-
& cœlestis regni participes fieri. Ut i-

Y 3 tur

tur hæc Synodus verbo præceptivo, si-
cut & Patres citati, verbo *Necessitatis*,
ergo præcepti necessitatem indicant.
Quod licet non esset ita in scripturis
expressum, in ipsa tamē institutione à
Christo videtur inclusum, quia non est
valde credibile, tantum Sacramentum
Christianam perfectionem consum-
mans sub consilio solum esse relicum.

Deinde, si hoc sub consilio est reli-
ctum, quare in aliquibus Diœcesibus
præcipitur, ut non admittantur ad
matrimonium qui non prius suscep-
rint confirmationem? An possunt co-
gi ad ea quæ sunt consilii? Se habetur
in Synodo Leodiensi tit. 9.c.4. Nullus
ad matrimonium admittatur ignorans
orationem Dominicam, Salutationem
Angelicam & Symbolum Apostolorum,
nisi de impedimento insuperabili ordina-
rius cognoverit & dispensaverit. Neq; il-
le qui confirmatus nondum est. Hæc ibi.
Cur etiam præcipit Consil. Trid. ut nul-
lus prima tonsura initierit, nisi sit con-
firmatus

Addo, multos docere non posse o-
mittū

TRACTATUS III. 391

mitti hoc Sacramentum tota vita sine
gravi peccato, vel ob virtualem & im-
plicitum quemdam contemptum, vel
ob scandalum; si enim saepius oblata sit
oportunitas suscipiendi, & omnino ne-
gligant; hanc adeo notabilem negligē-
sam scandalosam esse, & contemptum
quādam involvere interpretatur mul-
ti Doctoris, inter quos Richard. Bon.
Marsil. Cabr. Palud. Major. Sylvest. &
post illos Card. Tolet. l.2, c.24. quicquid
dicat in contrarium Laym. l.1. trac. 3.c.
scum quibusdam aliis.

2. QUAERO. An saltem aliquibus ca-
sibus specialiter obligetur quis ad suscipi-
endum hoc Sacramentum sub gravi pec-
cato? Resp. posse obligare quando illius
oportunitas offertur, & instat occasio
publicè confitendi fidem, ut in perse-
cutionibus hæreticorum & infidelium
Tunc enim non videtur sine gravi
culpa posse neglegi. Quia omnino pe-
niculosum est adire discrimin fidei &
militiæ Christianæ sine hac præpara-
tione & armatura spirituali. V. dicta in
Cand. tr. 3. l. 4. Prop. in fine.

CA-

De Patrino confirmationis.

1. **Q**UAERO. *An debeat esse alius à Patrino baptismi?* R. quod sic tamen in necessitate potest idem esse.

2. **Q**UAERO. *An debeat esse confirmatus?* R. affirmatiè, alioqui non contraheret cognationem, & graviter peccaret. Hæc est communis sententia,

3. **Q**UAERO. *An debeat esse unicuique* deber esse unus vel una, aut unus & una *juxta constitutionem Concil Trium.* Et quidem in Belgicis Ecclesiis optima est consuetudo? ut in confirmatione viri non teneant fæminas, nec fæminæ masculos. Si non multiplicantur impedimenta matrimonii.

4. **Q**UAERO. *An possit uxor viri suus prolem ex fornicatione cum altera annū matrimonium natam suscipere in Confirmatione?* R. non posse, quia sic cum viro contrahit cognationem, quam multi D.D. putant à debito conjugal petendo impedire. Potest tamen ignorantia juris vel facti hic excusare. V. *ad de Patrino in Baptismo.*

5. **Q**UA

5. Quaero. An Parochus debeat consimilatos in libro describere? Resp. hoc est
se alius à
quod sic
em esse,
onfirma-
n cotta-
er pecca-
ntia,
unicum
nus & u-
cūl. Tid
siis opu-
rmatione
nec fā-
tiplican-
i.
vivissi
ltera am-
e in Con-
ia sic cum
n, quam
conjuga-
nen igno-
fare. V. A
ss. Qua

le convenientissimum, maximè quan-
dopueri confirmantur, ut postea certius sciatur ex registro de eorum con-
firmatione, ne iteretur. De hac re sic
ordinat. Illust. Antonius Alberg. Nun-
tius Apostolicus in Decretis pro Diœ-
cesi Leodiensi: *Scribat Parochus in li-
bro status animarum nomina omnium
confirmatorum, & Patrinorum, nec hoc
omnis in Suffraganeū reiciatur: ille enim
est Minister Sacramenti, iste est Pastor, &
ad istum spectat instruere populum suum,*
non autem ad illum. Hæc ipse.

Hinc ibidem docet teneri Parochū
docere confirmatorum Patrinos quam
obligationem habeant, & nullum ad
hoc officium debere admittere, qui
non sciat rudimenta fidei. Sunt tamen
qui existimant, strictè loquendo, non
teneri Patrinum Confirmationis ad in-
structionem confirmati, quia hoc non
reperitur jure expressum sicut de Patri-
po Baptismi; ita Coninch & Laym. cum
Henriq. Sed contrarium docet Sylvi⁹,
& a-

& alii, putoq; teneri, si ali⁹ nō instruat.

6. QUAERO. Quinam prohibentur esse patrini? Resp. hac de re sic ordinat Parochiale Leodiense pag. 46. conformiter juri communi. Non confirmatus non debet esse patrinus, nec teneri alium ad confirmationem; nec excommunicatus, nec hæreticus, nec publicè criminosus, ne Religiosus.

Addit. ibid. pap. 47. Confirmata caput fascia, linea ob Chrysma reverentiam ligatur, quæ tertio die à Confirmatione per sacerdotem, si haberi potest, deponi debet, & frons cum sale & aqua, ac stupu reverenter tergi, ipsaque fascia cū stupu exuri in sacrario, vel in alios sacros usu per sacerdotem applicari.

In liganda autem fascia, vele ad dissolvenda, nulla prorsus affinitas, vel spiritualis cognatio contrahitur. Hæc ibi.

7. QUAERO. An qui per errorem tenueret filium Petri putans esse filium Pauli, sive in Baptismo, sive in Confirmatione contrahat cognitionem? Responsio negativa probabilis est, quam habet Sanchez de matr. l. 7. disp. 58. Colligitur ex

TRACTATUS III. 395

de cogn. spirit. ubi habetur non arceri
in iugē à debiti petitione, que per igno-
ratiā leva vit filium mariti. Ex quo
textu colligunt Doctores, requiri sci-
entiam & animum ad contrahendam
cognitionem. Ita Sanchez, cui contra-
dictit Basil. Pontius, dicēs errorem per-
sonæ in casu proposito, esse tantum
circa accidentalia, ideoque non impe-
dire officium Susceptoris, sive Patris
spiritualis; nec idem esse de uxore,
quia jus id voluit de illa, eò quod Ma-
trimonio contracto non convenit su-
pervenire impedimentum cognitionis,
si ignorantia excusat. Sed mihi vi-
detur utrobius eadem ratio, non e-
nim convenit etiam huic supervenire
impedimentum, qui juste recusaret es-
se patrinus, si sciret esse filium Petri qui
putatur esse filius Pauli; quia meritò
potest velle cognitionem cum Paulo
& ejus uxore ac filio, quam tamen non
vult cum Petro, & ejus uxore, ac filio,
& maximè ob impedimentum Matri-
monii hinc inde oriundum.

TRA-

TRACTATVS IV.
 RESOLUTIONES QUÆSTIO-
 num Casuum Pastoralium.
 DE EUCHARISTIÆ SA-
 cramento.
 CAPUT I.
 DE MATERIA ET FORMA EU-
 charistie.

QUAERO. *Quomodo materia debet esse præsens?* Resp. debere esse prætentem sensibiliter: id enim significat illa vox, *Hoc, vel Hic*, in verbis formæ, designans rem sensibus præsentem. Hinc resolvuntur casus seqq.

1. An necesse sit ut materia in manibus habeatur, aut saltē à ministro tangi possit? Item, an necesse sit ut sonus perveniat ad materiam? Resp. negati-
 vè. Ratio est quia potest censi-
 era sufficienter præsens, licet in mani-
 bus non sit, aut paulo amplius quam
 ut manibus tangi possit. Et potest tam
 submissè sacerdos consecrare ut sonus
 ad materiam super alteri positam non
 pertingat. Sufficit ergo quod digito
 demon

TRACTATUS III. 397

demonstrari possit, & aliis sensibus
pateat, puta oculis, sicque moraliter
præsens sit, nec nimis distans.

2. An necesse sit, ut videatur matē-
ria, oculisque præsens sit? Resp. nega-
tivē. Nam etiam si formulæ sint im-
pixide clausæ; aut velo cooperatae, va-
lida est consecratio; si pixis super alte-
re sit posita, aut juxta illud loco a pro-
sensibiliter præsens. Dico, si pixis sit
in altari, vel juxta illud præsens: nam
si paries intercederet, aut esset clausa
intra tabernaculum, non censeretur
sufficienter præsens materia.

2. QUÆRO. An quælibet parva vel
magna quantitas materie valide con-
seretur? Resp. quemlibet cumulum ma-
teriæ posse consecrari, qui potest esse
præsens secundum omnes sui partes
moraliter.

Casus accidit in triremibus non
multis ab annis, ubi quidam Apostata
Sacerdos, cum inferrentur multi sacci
panis ad provisionem, omnes præsen-
tes advocans, dixit: Ego volo hos omnes
Panem consecrare; sicq; elatâ voce pro-
culic

Z

culic

398 RESOL. PASTORAL.

tulit cōsecrationis verba. Cum igitur
ānde magna orta foret confusio, tandem
resolutum fuit, ut panis illē pueris da-
retur & reliquum igne absumeretur.
Cūm autem aliās iterum id attēstasset,
mōrtem præelicens servituti, suspen-
dio enecatus es. Ita mihi retulit P.
Sylvester Petrasancta Soc. Sacerdos Illus-
tr. Nūnio Apostolico P. Alonſo Carafā
confessionibus, eo tempore accidisse,
quo confessionibus excipiendis intri-
remib⁹ erat & ipse designatus:

Resp. 2. minimam quantitatē posse
consecrari, si modō sit sensibilis. Unde
minima particula, in qua conservatur
panis substantia, apta est materia con-
secrationis, sicut & minima vini gutta.

Hinc pater Responsio ad quæficio-
nem, quā quæritur, an vini guttula in
calice separatæ à toto, vel minima
particulæ dissidentes in corporali, a
formulis consecrandis separatæ de-
beant cēseri consecratæ? Resp. hoc
pendere ab intentione consecrantis.
Videtur autem recta esse intētio, vell
consecrare solum quod est per modi-

cont.

TRACTATUS IV.

399

continui intra calicem. Unde verisimile est guttas separatas à toto vino, non esse consecratae: similiter nec minimas particulas dissiliētes à formulis ante consecrationem; quia recta intentio Sacerdotis nō videtur ad minimas illas particulas separatas, & vix sensibiles ferri, nisi aliter determinārit.

3. QUAEKO de forma: An possit à pluribus simul pronunciari, & ita simul consecrari? Resp. posse ut patet ex usu Ecclesiæ Romanæ, in qua novi Sacerdotes simul cum Episcopo verba consecrationis super eādem materiam proferunt. Ubi tamen adverte, quod omnes simul verba consecrationis finire debent, si simul consecrare velint, aliquin qui prius absolvit, solus consecrabit. Quia ergo periculum est, nem̄ multi verba formæ inaniter proferat, immo ne ipse Episcopus principalis consecrans nihil efficiat, si aliis prius absolvat; queritur quomodo hæc consuetudo intelligenda sit, aut qualis intentio debeat esse in novis Sacerdotibus? Respondent aliqui, solum Episco-

Z 2

pum

pum proferre verba formaliter, & cum intentione cōsecrandi, alios verò materialē in signum potestatis sibi concessæ, & in memoriā cēnē, in qua Christus cum Apostolis cænavit, & illis eadē potestatem concessit. Attamen cum in Pontificali Episcopus monatur altē & paulatim dicere, ut possint simul alii pronunciare, qui etiam monetur diligentiam adhibere, ut simul absolvant: per hæc indicatur eos proferre verba formaliter, ad consecrandū. Respondendum igitur, practice recte consuli, ut Sacerdotes, tunc intendant proferre verba tali modo & intentione, quam Ecclesia voluit illos hic habere: ita ut habeant conditionem, vel potius disiunctam intentionem, scilicet aut consecrandi cum Episcopo si possint; sin minus, materialiter tantum verba proferendi; ita ut nullo modo velint ante Episcopum consecrare.

De materia & forma, plura supra in hoc Tract. & in resol. casuum de Sacramentis in genere.

CAPUT

TRACTATUS III. 401
CAPUT II.

De suscipientibus Eucharistiam.

QUADERO. Quae dispositio requiriatur, ad dignè suscipiendum? Resp. 1. qui conscius est sibi peccati mortalis vel dubius, & practice nō deponit dubium, tenetur præmittere confessio- nem, quantumvis sibi contritus videa- tur. Ita Trid. Resp. 2. duabus circūstan- tiis concurrentibus sufficit contritus, cum scilicet urget necessitas cōmuni- candi, & deest copia Confessoris. Hinc resolvuntur casus sequentes,

2. Quando Sacerdos ex officio tene- tur celebrare, nec habet alium Sacer- dotem nisi longè distantem, quem non potest accedere, potest contritus celebrare. Quænam autem distantia requiratur, ut censeatur non adesse copia Confessarii, moraliter venit prudenti judicio æstimandum. Nam unius vel duarum Ieucarum distantia puto frequenter sufficere, si quis præ- cedenti nocte in peccatum mortale ceciderit, & matutino tempore oporteat celebrare. Adde quod hic multæ

Z 3 circum-

402 RESOL.PASTORAL.

circumstantiæ veniant considerandæ inclem̄tia aëris, infirmitas nōnulla vel sonum Sacerdotis, periculum itineris, scandalum & mūnūratiō populi, si ultra consuetum tempus Missa differatur, Confessiones excipiendæ matutino tempore, si sit dies solemnis & similia. Ex quibus omnibus debet formari, juxta conscientiam timoratam, prudens iudicium.

2. Quando etiam si non teneamus celebrare vel communicare, id tamen sine scānalo, aut infamia nota omittere nequimus. Sed hic videndum a probabilem aliquam rationem adferendo, hanc infamiam vitare possumus, tunc enim cessabit necessitas communicandi.

3. Necessitas absolvendi inchoatam Missam, si non facile, nec sine incommodo possit ad altare vocari Confessorius.

4. Si quis altari admotus, ut communicet, recorderur peccati mortalis, & non possit retrocedere sine scānlo, vel nota.

5. Quan-

TRACTATUS IV. 403

5. Quando pœnitens unicum peccar.
mort. habet, quod si confiteatur Con-
fessorio qui præsens est, gravem sibi
ab illo injuriam metuit, puta sollicita-
tionem ad malum; odium vel iniimi-
ciam, revelationem peccati, & simi-
la. Tunc enim non censetur habere
copiam Confessarii. Si autem habet
mortalia alia ex quibus non metuit,
tenetur illa confiteri illo tacito.

6. Quando pœnitens non habet a-
liud mortale, nisi reservatum Superio-
ri, quem adire non potest. Tunc nece-
ssitate urgente potest sine confessione
prævia communicare contritus.

7. QUÆRO. An qui in dictis casibus si-
ne confessione communicarunt, teneantur
statim post confiteri? Resp. si sint laici cō-
municantes, non tenentur; si vero sint
Sacerdotes celebrantes tenetur. Ratio
est, quia Concil. Trid. hoc præceptum
imponit Sacerdotibus celebrantibus,
non vero Laicis communicantibus: in
expositione autem legis onus impo-
nentis standum est illius verbis. Ver-
ba autem Trid. sunt, *Quod si necessita-*

te urgente, Sacerdos absque prævia con-
fessione celebraverit, quam primum con-
fiteatur. Ubi nulla sit mentio Laicorum
censeturq; esse solum præceptum Ec-
clesiasticum pro Sacerdotibus conse-
crantibus, & ut publicos ministros se-
le exhibentibus in confectione hujus
Sacramenti. Unde casus sequentes re-
solvuntur.

1. Si Sacerdos communicet more
laicorum, urgente necessitate, non te-
netur hoc præcepto.

2. Si quis præmittendo confessio-
nem, ex obliuione peccatum aliquod
non fuerit confessus, non tenetur sta-
tim confiteri, nisi iterum debeat cele-
brare.

3. Si quis non præmiserit confessio-
nem, quia non putavit se esse in pec-
cato, quod prius advertit post celebra-
tionem, etiam non tenetur statim
confiteri, nisi iterum urgeatur cele-
brare, & habeat copiam Confessarii.

4. Qui ex malitia omisit confiteri
& celebravit, etiam non tenetur sta-
tim post confiteri. Ratio diversitatis

est, quia indignè celebrans peccavit
quidem, sed nullo speciali præcepto
ad cōfessionem statim obligatur. Suf-
ficit enim quod suo tempore eam fa-
ciat, sicut & quivis alius peccator; quia
cum solūm præcipiteretur confessio, ut
dispositio ratione Eucharistiae, jam
transit illa obligatio. At verò qui di-
gnè celebrat, & non confiteretur urgen-
te necessitate, ex eo non pescat, sed
nōrum remanet obstrictus id postea
facere, quod antè non poruit. Quare
transfertur tunc in ipso obligatio. In
aliquid illo verò qui indignè celebrat, videtur
manere eadem ratio, quæ de aliis pec-
catatis, ut illud sicut & alia non tenea-
tur nisi suo tempore confiteri. Hæc est
probabilis aliquorum sententia, cuius
contrarium non videtur convinci ex
verbis Tridentini.

3. QUAERO. Quomodo requiritur, ut
communicans sit jejunus? Resp. debet
esse jejonus jejunio naturali, hoc est,
sacromani cibo & potu à media nocte
usque ad Communionem; ut ne qui-
dam per modum medicinæ quicquam
sumpserit.

406 RESOL. PASTORAL.

sumperit. Per modum tamen salivæ,
si quid deglutiatur, non impedit. Hinc
resolvuntur Casus sequentes.

1. Si abluendo os incautè parum a-
quæ deglutiatur, non impedit: quia
id per modum salivæ factum censetur,
non per modum cibi, aut potus.

2. Qui degustat aliquid jurulenti
sive liquidi, solum ut percipiat sapo-
rem & expuit, non impeditur, etiam si
quid relinqui ceseatur in palato, quod
per modum salivæ deglutiatur.

3. Qui casu trajicit aliquid reliqui-
rum in dentibus ex cibo cænæ præce-
dentis relistarum non censetur etiam
jejunium frangere, ob dictam ratio-
nem. Aliud foret, si quis saccarum in
ore posuerit paulatim liquefaciendū
& ante medium noctem necdum to-
tum trajecerit: est enim successiva
quædam manducatio, & cibi sumptio.
Unde si quis indormiret cum saccato
in ore, de quo dubitet, an ante me-
dium noctem totum deglutierit, te-
near se non jejunum.

4. An Sacerdos qui deglutit sangu-
inem,

TRACTATUS IV. 407

hem, aut alium humorē à capite im
os defluente, censetur jejonus? Resp.
censi, quia non est per modum cibi
aut potus: nec est aliquid trahētum
per os in stomachum ab extrinseco,
quod videtur ad manductionem, aut
potum requiri.

5. An oportuerit dormīisse post
cibū, vel digessisse? Ratio dubitandī
est, quia in jure cap. Si constiterit de ac-
cusat. punitur Sacerdos, qui noctem
insomne duxerat. Resp. id non esse
necessarium Sacerdos autem qui pu-
nitur ibi, fuerat tota nocte in taber-
na, & inde processerat ad celebrandū,
propter scandalum ergo, nec non irre-
verentiam & præsumptionem cibi &
potus sumpti post medianam noctem,
jure punitus est.

Quāpridē in Synodo Namurcen-
si huic rei concione decretum extat:
Si quis Sacerdotum cum pridiē temulen-
tius notabile scandalum dederit, sacro-san-
ctum Missæ sacrificiū celebrare præump-
serit, ad integrū mensum ab ejusdem sacrifi-
ciis celebrationē suspeditur. Lata t. 1. c. 1. f.

L 6

4. Quae-

4. QUAERO. Quo casu possit sumi non jejuno Eucharistia? Resp. vel id fieri posse ob necessitatem suscipientis, vel ob integratē sacrificii, vel ob Sacramenti ipsius vitandā irreverentia. Hinc resolvuntur casus sequentes.

1. Si quis sit periculose infirmus, & sit periculum, si sequens dies expectetur, potest non jejunus communicare. Unde advertant Pastores, in morbo periculoſo non esse scrupulosè differendam communionem propter jejunium. Addè quod non solum semel, sed & pluries cōmunicari possit infirmus nō jejunus, si periculum perseverat, & pluries id requisierit; maxime, si interstitium notabile sit, puta undius hebdomadæ, aut circā.

2. Si in Hæreticorum manus alias incidere posset Sacramentum, aut alia irreverentia tractari, tunc etiam nō jejuno potest sumi, immo & bis in die recipi. Hoc enim licitum foret ad impediendam irreverentiam Sacramenti.

3. Si pro vino consecraverit quis quam, & sumpserit, tunc denuò potest confe-

consecrare vinum, & sumere. Ratio est, quia integritas sacrificii est de jure divino, jejuniū de jure Ecclesiastico. Unde & Sacerdos non jejunus si alter celebrans deficeret post consecrationem, debet perficere sacrificium.

4. Si necesse sit sumere reliquias post ablutionem, est enim totum illud per modum unius actionis moralis, & complementum sumptionis praecedentis. Unde nō hic scrupulosè agendum est, sed intra tempus quo adhuc moraliter persistit ministerium Missæ, licet contingat multo tempore morari, ad ministrandā Eucharistiā sumi possunt reliquiae ad illud sacrificium pertinentes.

5. Ob viaticum dañdum existenti in periculo mortis, Sacerdos non jejunus posset celebrare secundum aliquos Theologos. Ratio esse potest quia Communio tunc est de jure divino, jejuniū de Ecclesiastico. Sed probabilior sententia id non concedit. Ratio est, quia major habenda est tunc ratio reverentiae Sacramenti, quam necessitatis aliqualis proximi, qui etiā

excusatur à Præcepro, cùm non adest
qui ritè possit ministrare. Et hoc vide-
tur approbare Ecclesiæ cōsuetudo op-
tima Legum Interpres. Nec refert
quod Communio sit de jure tunc divi-
no, jejunium de Ecclesiastico : nam e-
ciam celebrare cum vestibus sacris est
juris Ecclesiastici, & tamen non ad-
mitterent Theologi licere tunc cele-
brare sine sacris vestibus. Potest ergo
præceptum Ecclesiæ quandoque esse
universalius quām divinum, quod ex
ipiusmet Ecclesiæ interpretatione
colligi quandoque potest.

APPENDIX AD CAP. II.

Questio quotidiana est: *An licet
ante Missam, vel Communionem, su-
mere Tabacum, sive per modum fumi, su-
per modum pulveris, sive per modum fo-
ssi, quod masticatur & expuritur, illuc?*

Sæpe respondi, id non parum inde-
cens esse ; & ita consuetudinem illam
planè alegandam à Sacerdotibus &
Ministris Altaris, tamquam corrupti-
lam. Peccati tamen mortalis absolute
& per se condemnare non ausus fu-

Qui

L.
on ades
hoc vide
etudo op
ec referr
tunc divi
o : nam e
sacrifici
n non ad
tunc cele
potest ergo
o que esse
, quod ei
retation

P. II.
An licet
ionem su
sumi, su
nodum fo
lllico?
rum inde
em illam
otibus &
corrupte
absolut
iusus fu
Qui

TRACTATUS IV. 411

Quia non frangit jejunium Tabaci sumptio, nisi quando per os sumitur, & in stomachum transmittitur; nempe tunc per modum cibi sumitur. Et licet fumus Tabaci per os sumatur, non tamen per modum cibi sumitur aut potus; nec enim ideo sumitur ut per se & ex intentione in stomachum trahiciatur comedendo vel bibendo, quod est propriè per modum potus vel cibi sumere; quin potius per narres exit. Quod si etiam aliquid ex fumo in stomachum recipiatur, ut aliqui dicunt; id tamen magis fit per modum respirationis, quam per actionem quæ sit comestio, vel potatio. Sed etiam si Tabaco aliquis humor commoreatur in capite qui forsan in stomachum potest defluere, non tamen est madducatio; ideo strictè, & per se loquendo ordinariè non impedit, tamquam frangens jejunium. Nam ad fractionem jejunii passim duo requirunt Doctores, scilicet quod sumatur aliquis cibus vel potus, & quidem sumatur per actionem, quæ sic manducatio, & pota-

poratio ; ad quod requiritur quod sit
trajectio per os in stomachum propria
actione vitali. Hanc sententiam de Ta-
baco docet Diana expressè, p. 5.t.13. ref.
1. & interminis citans Alphonsum de
Leone, Joannem præpositum , alios idem
sentientes , contra Antonium de Leone,
qui putat frangi jejuniū naturale.

Adverte me dixisse, quod absolute &
per se loquendo non auctim condemnare
peccati mortalis sumptionem Tabaci in-
te Missam ob fractionem jejuniū. Tamē,
tum ob periculum illud trajiciendum
stomachum, tum ob irreverentiam &
pravam consuetudinem ministrorum
Ecclesiæ hac in re, quæ etiam plebeis
scandalum & malum exemplum in-
generare solet, in nonnullis Conciliorum
Provincialibus , sive Synodalibus de-
cretis , id justè prohibitur sub pena
gravis peccati, imò sub comminatio-
ne censurarum; & tunc ob servanda est
Sacerdoti Constitutio Episcopi Diœ-
cesana. Sic gaudeo gravissime id pro-
hibitum esse in Diœcesi Tornacensi in
Belgio, Synodus etiam Mexicana ter-

TRACTATUS III.

413

ta sic habet lib. 3. tit. 15. Præcipitur ne
Sacerdos ante Missæ celebrationem, aut
quævis alia persona ante Communionem,
quitquam Tabaci per modum fumalis e-
vaporationis, aut quovis modo percipiat.
Synodus etiam Limensis tertia sic ex-
pressius dicit: Prohibetur sub reatu
mortis æternæ Præsbyteris celebraturis,
ne Tabaci fumum, seu Tabaci pulverem
varibus, etiam prætextu medicinæ, ante
Missæ sacrificium sumat. Synodus quo-
que Episcopatus Canariarū sub pœna
excommunicationis latæ sententia non solum
prohibet ante Missam sumi sed etiam vult
duas horas intercedere à Missa: quod
quidem aliqui ideo decretum putant,
quod soleat sumptio Tabaci in illis
Provinciis vomitum provocare.

Ex quibus omnibus collige, non sa-
tis tutè quosdam assuevisse sumptioni
Tabaci ante sacrificium, quolibet
prætextu; quia apud prius censerur hic
indecentia, nec quidem levis.

Certè Synodalia illa in diversis Pro-
vinciis decreta, rem nō ita levem esse
fatis declarant, quamvis non obligent

EX

ex se extra illam Provinciam in qua sicut ins-

decreta sunt.

Quæstio huic affinis est. An licet aromata aliqua ori imponere ante Communionem, ad vitandum noxium aërem, in que etiam dentibus conterere, modo de illis nihil deglutiatur? Certe dum contagiosa pestis apud nos gravissime serperet, & manè ante Missam visitandi essent ægri per agros & hortos sparsi, ut eis provideretur de necessariis Sacramentis, nō duxi scrupulo theriacaribus imponere, ad aërem pestilentem arcendum, & cerebrum confordendum. Ori autem imponere, conscientiæ duxisset, ob periculum deglutendi aliquid, quod paulatim fieri potest etiam inadvertenter, sed ramen imprudenter. Interim ut quæstioni propositæ respondeam; nonnulli Theologi tradunt licere ori imponere, & dentibus conterere aliquod aromaticum, si modò nil deglutiatur. Addunt & aliqui, cùm quis aromaticum quipiam sumit, sed nil ex intentione deglutit, nisi minimum quid per modum succi

TRACTATUS IV. 415

in qua sibi inseparabiliter salivæ admixtū,
nonfrangere jejunium naturale , nec
In liceat
Commu-
rem, &
modo de-
m con-
mè ser-
isitandi
s sparsū,
ariis Sa-
ni pro-
re , &
omati-
Addon-
a quip-
one de-
nodum
succī

nonfrangere jejunium naturale , nec
impediri ab Eucharistia. Ita Tanner:
ad puto id periculosem , nec practi-
candum, nisi valde circumspecte.

Addo & hanc quæstionem. An lice-
tempore noxii aëris , aliquantulum po-
nis aceti, vel alterius liquoris, per na-
strahere, ut confortetur caput , licet
transmittatur in stomachū? Resp
dubio id licere ex justa causa , si
heriacā nihil deglutiatur. Quod si etiam ali-
estilen- quid trajiciatur in stomachum, putant
nforſā nulli Theologi id non impedire
nſcien- communionem, nec frangere jejun-
glutie unquia non est hic aliquid sumptum
i potest per modum cibi aut potus, nec est co-
en im- pestio aut potatio, que ore fieri debet.
ni pro- En hac sententia vide citatos apud
Theo- Unam p. 5 tract. 13. resol. 1. ubi & me
re , & omaliis citat. Sed licet docuerim , &
omat- putem in rigore non esse hic actionem
Addon- confectionis vel bibitionis, quia illa u-
a quip- nque per os requirit trajectiōem;
one de- tamen in praxi non facile id approba-
nodum ri, si in stomachum pars liquoris
succī traji-

trajiciatur per nares attrahendo; qui ceptum ab intentione Ecclesiæ videtur id alio cre, quum, & indecens, sicut de Tabaco per colum nares attracto etiam dixi, quando novita, ad stomachum descendit. Est enim tunc aliquid simile & æquivalens bi- bitioni vel comedioni. Et mens vide- tur Ecclesiæ esse, ut ob dignitatem sa- cramenti primum illi locum in stoma- cho præparemus, nihil ab intrinseco, qui in illud immittendo. In casu autem quo me citat Diana, ago de illo que- deglutit sanguinem, aut humorem vomitus capite in os defluentem, ubi nihil extrinseco in stomachum injicitur. Fabuerit supra Cas. 4. cap. 2 q. 3.

CAPUT III.

De præcepto communionis.

I. **Q**UAERO. An sit præceptum in max- municandi in articulo mortis? Resp. affirmativè, ad ultos tale præ- ceptum sub peccato mortali obligare. I. max- capaces sint; quamvis dispergent Do- ctores, an tale præceptum sit de jure studi- divino, vel humano. Quidam enim putant non esse de jure divino præ- ceptum.

TRACTATUS III. 417

endo; qui septum, nisi semel in vita communis-
tur id alioare, quod impleri potest extra arti-
abaco periculum mortis. Alii non solum semel
, quando vita, sed quoties periculum proba-
Est enim memortis occurrit, afferunt commu-
valens bi- nonem esse præcepti divini; & hæc
iens vide- e communior sententia. Hinc resol-
tatem se- tantur Casus sequentes.

in stoma. i. Non debere tunc negari amentis-
ntrinsecos, qui aliquando usum rationis ha-
isu autem fuerint, cum id potest fieri sine irre-
le illo quæ periculæ periculo, puta sine periculo
imorem vomitus, vel expunctionis. Ratio est;
i nihil aqua cum aliquando hi devotionem
jicitur/ fabuerint, ea virtute perdurare cen-
stur; & si non constet fuisse in pecca-

I. immortali, cum in amentiam incide-
nis. nt, præsumendi sunt boni & dispo-
brium ambi; maximè si antequam in phrenes-
lo matris/ sicut amentiam inciderint, signa a-
le prece. sumi pili dederint. Perpetuò autem a-
soligare, amentibus non solet etiam tunc mini-
tent Domini, quia nulla umquam in eis fuit
sic de jure studiud Sacramentum devotio.
am enim i. Damnatis ad mortem etiam dan-
ino pra- sit Communio. Unde consuetu-
ceptum do

do Hispanorum negantium reis inu-
fciendis Eucharistiā , sublata est a
tu proprio *Pii V.* cui lex regia accessi-
Dicitur tamen adhuc in partibus
consuetudo vigere, ut malefici & fa-
gis Communio non detur, licet per-
teant Quæ etiam consuetudo non
detur bene fundata ; cùm omnivis
pœnitens jus habeat ad Eucharistiam
maximè in articulo mortis.

3. Energumenis si absque irre-
rentiæ periculo possint communio-
re, non est Eucharistia neganda.

4. Est difficilior , cujus resolu-
tum apud nullum reperio. An ad cramer-
tus à nativitate surdus & mutus exhibe-
communicandus , saltē in articulo Fideles
mortis? Ratio dubitandi est, quia tollerat
les non videntur posse habere actuū il-
leū devotionem, cùm nunquam fu-
rint instructi de hoc mysterio, ideo
fidem actualem illius non videant
habere. Quomodo enim credent
audierint ? Quomodo audient
Prædicante ? Ex altera parte, ut
ad
12-

AL. TRACTATUS IV. 419

reis in rebus administratur, ratio militat, quia tales
lata est sunt baptisati, ideoque fidem habitua-
gia accessum habent per Baptismum infusam:
partibus & cum alios vident cum magna reve-
lesficiis & si rentia & devotione ad Sacramentum
, licet pen hoc accedentes & adorantes, conci-
udo non vpiunt ibi esse aliquod mysterium, &
omnis ve devotionem aliquam erga illud exte-
charistia ribus demonstrant signis, immo &
s. adorationem in hujus Sacramenti e-
que irrelatione exhibit. Experientia id
communi didici, in quadam surda & muta juris-
ganda, dictioni meæ subdita, quæ in Missæ
sacrificio elevatione manuum, pecto-
s resoluti tunctione, aliisque signis dum Sa-
cramentum exhibetur, adorationem
& mutuus exhibit, & devotionem quam solene-
in articulo Fideles, & cum usu rationis perfec-
tus, quia tibi polleat, absque dubio confusè myste-
beret actu ibi aliquod latere percipit. Imo
nquam fui signis aliquibus quandoque licentiam
erio, ideo petiit, cum aliis ad hoc Sacramentum
n videant accedendi; quæ tamen ei indulta non
credent, sicut à Parochi ante me, ideoque nec
udient hanc tenus id resolvi, cum difficile sit
arce, ut judicare de dispositione & sufficienti-
ad 22:7
reve-

426 RESOL. PASTORAL.

reverentia Sacramenti, nec ipsa Ecclesiastico præcepto Communioni comprehendatur. Dubium tamen mihi est. An si existeret in periculo mortis ob divinum præceptum communicandi semel in vita, non foret fidei ejus, quantum potest fieri, signis excitanda, ut sic ei ministretur tunc viaiticum Eucharistia. Etenim cum Deus in necessariis non desit, videretur speciali illustratione interiori, & specialis gratiæ auxilio adjuvare tales actum fidei exercendum. Alioquin cum Theologorum sententia definita, neminem ex adultis sine fide explicita mysterii Trinitatis & Incarnationis salvari posse, sequeretur tales surdos & mutos excludi a salute, cum non possint de illis mysteriis sufficierter instrui, & per consequens nec explicitam fidem elicere: nisi dicamus Deum speciali gratiâ, & lumine ad concurrere, & intellectum, voluntatemque elevare, ut tales pio affectu fidei sufficienter assentiantur; manifestem illis articulis qui dicuntur esse afferuntur.

TRACTATUS III. 421

cessarii non solum necessitate præce-
vi, sed etiam necessitate medii ad sa-
lutem. Hinc etiam aliqui Theologi
dixerunt, quod si quis inter infideles fa-
ciet quod in se est, nec haberet quæ-
dam pro instructione ad fidem, Deum
non ei defuturum; sed extraordinario
modo eum illustraturum, sive
per homines, sive etiam per Angelos,
taq; surdus & mutus à nativitate, vi-
letur saltē in periculo mortis, posse
comunionē muniri, si aliquam judi-
cetur reverentiam concipere: nec idē
de illo est ac de pueris, cum discretio-
nis lux in eo fulgeat, juvarique possit
amē naturale & perfici lumine, & gra-
tia supernaturali ad dispositionē suf-
ficiēntem speciali benignitate Dei.

2. QUÆRO. *An qui alia occasione*
communicavit, si postea incidat articulus
mortis, teneatur iterum? Resp. negativē.
Si non interponatur notabile spatiū
inter dierum, quod quidem prudentis ar-
bitrio relinquendum est; unde multi
afferunt sufficere, si quis ante oti-
dum communicarit, licet ignoraret

Aa

sibi

422 RESOL. PASTORAL.

Sibi imminere periculum mortis. Sic enim sufficienter censetur impleuisse præceptum de communicando paulò ante mortem: quia unusquisque censetur habere intentionem saltem implicitam adimplendi omnem obligationem quam potest & decet, licet ea fortè ignoret, nisi contrarium explicet. Sic satisfacit præcepto Ecclesie qui diem festum ignorans, Missam audit.

3. QUADERO. De præcepto communione in Paschate, sub qua pæna obliget, & quæ state obligare incipiunt. Quod primum adverto quosdam simpliciores Parochos existimare sub pæna excommunicationis obligare, sed errant. Nam Canon: *Omnis utriusque sexus*, hanc solùm pænam adiicit, ut qui transgreditur, vivens ab Ecclesiæ ingressu arcatur, & moriens Ecclesiastica carent sepultura: quæ pæna ab excommunicatione differt, & doctis notum est. Tempus verò Paschale continet quindecim dies, à Dominica Palmarum, usque ad Dominicam in Albis; & ubi consuetudo istud tempus extenderet.

TRACTATUS IV. 423

di, id servare sufficit, sicut Mediolani,
& alibi, ab initio quadragesimæ dici-
tur inchoari. Istud etiam tempus à
Parocho certis de causis potest exten-
di, vel anticipari.

Quantum ad secundum, quo ætatis
anno obligatio oriatur, non potest in-
visibiliter designari: sed in eo sequē-
dum est parentum & confessariorum
judicium. Dici tamen potest, morali-
ter loquendo, nec ante decennium fa-
cile incipere, nec ultra annum deci-
num quartum differri. Non statim
verò ac pueri attingunt ætatem, in qua
licet possunt communicare, ad id ob-
ligantur. ut notant DD. sed post ali-
quod tempus, v.g. post unum vel alte-
rum annum. Ratio est, quia congruit
ut Ecclesia non obliget hic quam pri-
mum potest, tam pro majori reveren-
tia Sacramenti, quam pro securitate
communicatur; & hoc ipsum usus
Ecclesiaz approbat. Quare non sunt
hic audiendi recentiores nonnulli ci-
tati à Diana in Additionibus, res. 19. qui
volunt pueros mox à septennio obli-

Aa 2 garī

tis. Sio
plevisse
lo paulo
que cen-
tem im-
obliga-
licet é
explicet.
efizè qui
m audir.
mmunium
get, & qua
I primum
res Paro-
xcommu-
nt. Nam
hanc so-
ansgredi-
ssu arca-
carent se
nunca
n est. Ti-
t quinde-
rum, ufo
& ubi e
extende

424 RESOL. PASTORAL.

garī ad communionem, eisq; dandam,
Sicut & pœnitentiæ Sacramentū, quā
primum peccare possunt mortaliter.
His illud Apostoli rememoro: Si quis
hac in re sententiosus esse velit, nos talēm
consuetudinem non habemus, nec Ecclesia
Dei. Ad silentium hic imponendum
sufficere deberet, quod Rituale Roma-
num jussu Pauli V. editum sic habeat:

*Illi propter etatis imbecillitatem nondum
hujus Sacramenti notitiam & gustum ha-
bent, non debet ministrari.* Nota illud,

Notitiam & gustum; & vide an sepen-
nes pueri notitiam & gustum hujus
Sacramenti ordinariè habeant.

4. QUAERO. An per indignam com-
munionem hoc præceptum impletum
Resp. affirmativè. Sicut & præcep-
tum baptismi aut confirmationis im-
pleretur etiam indignè suscipiendo.
Ratio est, quia dum præcipitur actus
aliquis, substantia ipsius actus ordi-
nariè solet præcipi, nō autem modus
& ita cùm præcipimus suscipere Bap-
tismum, aut Confirmationem, aut Eu-
charistiam, licet intentio & finis præ-
cipie-

TRACTATUS III.

425

cipientis sit ut dignè fiat; tamē cum
finis non cadat sub præceptum, & di-
gnè sumere sit solū modus quidam,
etiam sub præceptum cadere non cen-
setur. Dico ordinariè, nam modus po-
test esse essentialis ipsi actui, & tunc
censetur cadere sub præceptum. Sic
cum præcipitur oratio, censetur præ-
cipi attentio quia est modus essentialis
orationi: & cum præcipitur con-
fessio, censetur præcipi ejus forma-
lis integritas, quia est de essentia con-
fessionis: at dispositio digna non est
essentialis, vel Baptismo vel Commu-
nione, vel Confirmationi.

5. QUÆRO. An qui in Paschate trans-
gressus est hoc præceptum, maneat liber
usque ad Pascha sequens? Resp. 1. mul-
torum esse probabilem affirmativam
tententiam, quia etiam in aliis præ-
ceptis hoc reperitur. Nam qui non
audivit Missam in Dominica, non te-
netur usque ad alteram Dominicam.
Item qui non jejunavit in Quadrage-
sima, non tenetur usque ad alteram

Aa 3

Qua-

Quadragesimam. Resp. 2. contrarium probabilius videri, & in praxi securius esse Ratio est, quia lex de Communione Paschali duas partes principales includit, una ut Communio non differatur ultra annum, altera ut fastem tempore Paschatis, & utraq[ue] est principaliter intenta. Id ipsum exemplis similibus declaro: Si quiesceatur ad aliquid solvendū in Paschate, non ideo liberatur ab obligatione, si Pascha transierit. Item si Confessarius præcepere jejunare Feriā sextā, non ideo liberatur pœnitens à jejunio, si eo die non impleverit: quia Confessarii intentio principalis est, ut semel jejunet, dies autem Veneris ob congruentiam adjicitur. Sic ergo principalis Ecclesiæ intentio est, ut Communio annua fiat, dies autem Pascha ob congruentiam designatus est, quo tempore si non impleatur, manet obligatio implendi postea.

6. Quaero. An Parochus tenuatus ministrare Eucharistiam, quoties subditus petiverit? Resp. teneri, quoties rationabiliter

bisiter perit: Quod enim dixerunt aliqui non teneri, nisi quando ex precepto tenetur communicare, parum probabile est: quia Parochus non solum alitur a subditis, ut ministret necessaria, sed etiam multum utilia salvi. In hac re ergo videndum est, aucta statum suum, & Sacramenti referentiam, non nimium frequenter, aut importunè petant. Atque etiam ex parte Parochi excusatio rationabilis, & impedimentum potest occurre, re quandoque, ita ut non peccet, maximè si coadjutores habet Sacellanos vel Religiosos, ad quos facilis est recursus. Caveat tamen in confessionibus audiendis, aut Communione danda morosus esse: quia hæc sunt pascua, ad quæ oves tenetur manu ducere, tantum abest, ut ab eorum frequentatione, morositate suâ eas doceat abstrahere. V. in vita S. Lyduinæ apud Surium Parochum graviter reprehensum, quod ipsi ægrotæ frequentem denegaret Communionem. Atque de agnis in Rituali Romano sic habetur:

Aa 4

§ 2

428 RESOL. PASTORAL,

*Si æger sumpto Viatico dies aliquot vi-
xerit, vel periculum mortis evaserit, &
communicare voluerit, ejus pio desiderio
Pastor non deerit.*

QUAERO. An Parochus tempore pe-
stis teneatur infectis Eucharistiam mini-
strare cum periculo vitæ & Resp. dupli-
cem hic esse opinionem. Quidame-
nium ab hac obligatione Parochum
tunc liberant, inter quos Rodriguez
p. cap. 77. Tabiena, & alii. Cui opinio-
ni faverent videntur omnes illi qui do-
cent eum qui communicavit in Pa-
schate, si sine contemptu non com-
municet in periculo mortis, non pec-
care mortaliter. Inter quos est Cajetan
Sylv. Fumus, & alii V. Communio. At-
que omnes illi qui docent non nisi de
præcepto Ecclesiastico tunc commu-
nicandum esse, huic opinioni fa-
cile subscriberent: quia præcepta Ec-
clesiastica cum periculo vitæ non so-
lent obligare, maximè cum Euchari-
stia non sit de salutis necessitate. Sed
contrarium probabilius & tutius cœse-
rit nunior opinio. De qua re plura di-

TRACTATUS IV.

429

cam in Tractatu de Extrema Unctione.

8. QUAERO. An Parochus celebrans partem Iuæ hostiæ possit dare communio-
nem? Resp. hoc ordinariè fieri non debere. Ex rationabili tamen causa,
si non sit alia hostia, & urgeatur quis
communicare, potest dari. Ita Sylvester
& alii.

C A P V T IV.

De celebratione Missæ.

QUAERO. An Sacerdos censura aliquâ occultâ implicatus, putæ excommunicatione, possit celebrare? Resp.
Si timeret infamiam vel scandalum ex omissione Sacri, potest; modò doleat de peccato, & proponat prima oportunitate petere absolutionem. Ratio est,
quia non videtur Ecclesia cum tam gravi onere obligare ad censuræ observationem: ne tunc ergo fiet irregularis.

1. QUAERO. An sit mortale peccatum celebrare ante matutinum recitatum?
Resp. negativè, quia nec tale præceptum rigorosum obligans ad mortale
experitus, nec est ordo per se Divini
Officii

430. RESOL. PASTORAL.

Officii cum Sacrificio, sicut est iores partes ipsas Officii Divini. Et licet talis ordo foret, tamen illius interrupcio non est mortalis. Nam etiam ordinem horarum invertere non censetur peccatum mortale. Est tamen quaedam congruentia, ut præmittatur matutinum sacrificio, quia unum officium est quasi nocturnum, alterum diurnum. Quod ut facilius fiat, etiam permittit Pontifex, & Ecclesiæ apud prius etiam usitata consuetudo, ut pridie vespere officium possit recitari. Quod si quereras quam horâ? Resp. nihil me de hac re determinatum reperire. Existimo tamen absoluto officio illius distincere etiam tempestivè, hoc est, circa quartam pomeridianam. Quia Ecclesia in ultimis diebus hebdomadæ sanctæ circa eam horam officium matutinum sequentis diei solet inchoare.

3. QUÆRO. Quoties teneatur quævis sacerdotalis ordinis in anno celebrari? Resp. hoc esse incertum, unde differunt DD. Quidam enim dicunt

quidam

TRACTATUS IV.

434

quidem teneri Sacerdotem in vita sua
sub mortali sacrificare, cùm de ea re
non inveniatur præceptum de iure di-
vino aut positivo. Alii, & probabilius
dicunt præceptum contineri in illis
verbis: *Hoc facite in meam commemora-
tionem.* Unde Trid. sess. 22. can. 1. dicit
Christum illis verbis Sacerdotibus præce-
sse ut offerrent, uti semper Ecclesia Ca-
tholica intellexit & docuit. Idem cap. 2.
& sess. 23. cap. 17. de reform. præcipit
Episcopis: *Curent ut Sacerdotes saltem
Dominicis & Festis solemnibus, si autem
turam habuerint animarum, tam fre-
quenter ut suo muneri satisfaciant, Mys-
sas celebrent.* Incertum tamen manet
quodies sub mortali teneatur, quia li-
et Tridentinum moneat Episcopos,
præcipiat ut huic rei advigilent, nō
specificat præceptum rigorosum de
obligatione sub mortali. *Quamvis*
mens Ecclesiæ fatis colligatur esse, ut
sepius celebrent. Unde cap. *Dolentes*
de celebrant. Missarum, pro delicto nu-
meratur, quod Sacerdotes quidam vix-
hicunt o *quater in anno celebrarent.*

3. Quæ-

RESOL. PASTORAL.

432

3. QUÆRO. An sapientius in die liceat celebrare? Resp. multos hic casus referunt à Casuistis, sed duostantum scias in usu esse: scilicet in die Nativitatis Domini, & quando quis plures Ecclesiæ habet. Addi forte posset casus cuiusdam necessitatis, quando in aliqua Ecclesia æger esset Parochus, nec alius Sacerdos posset haberi, ut in die solemnii populus Missam audiret. In quibusdam locis Hispanie, etiā datur privilegium sacerdotibus plures Missas celebrandi in die animarum atque antiquitus dum tantus erat populi cursus, ut templum omnes non caperet, pluries celebrari ab eodem poterat. Ob istam causam dicit Strabo de reb. Eccl. cap. 21. Sanctum Leonem in uno die septies Missam celebrasse. Legit etiam in vita Sancti Alberti apud Melanum 2. Multis quotidie solitum duas celebrare Missas, unam pro vivis, unam pro defunctis.

2. QUÆRO. An sint aliquis dies, in quibus non liceat celebrare? Resp. permisum esse omni die celebrare, excep-

TRACTATUS IV.

433

ptâ feriâ sextâ hebdomadæ sanctæ ,
quo etiam die consuetudo non est
Communionem dandi , nisi ægris in
periculo mortis. Quantum ad diem
Jovis sanctum, licet quibusdam in Ec-
clesiis non soleat nisi una Missa cele-
brari , in memoriam Christi qui eâ
die primam Missam celebravit, & ma-
nu propria Apostolis Eucharistiam
præbuit: non invenitur tamen rigorosum præceptum, quo singuli Sacerdos-
tes prohibeantur celebrare. Unde
& à multis solitum est tunc celebrari
Quantum ad Sabbatum Sanctum, et-
iam consuetudo obtinet , ut non nisi
una Missa solemnis tunc temporis ce-
lebretur. Quapropter & eâ die non
habetur *Introitus* , qui solet legi in
Missis privatis. Atque etiam id pro-
hibetur, Cap. *Sabbato* , de consecr.
distinct. 3. Adverte tamen istud præ-
ceptum ex eo originem duxisse , quod
antiquitus Sabbato Sancto non reci-
tabatur Officium Matutinum, nec le-
gebatur Missa de resurrectione ante
medium noctem, quæ erat Principium

B b

Domini

434 RESOL. PASTORAL.

Dominicæ Resurrectionis Pater ex
Collecta; Deus qui sacratissimam nôl,
&c. Unde totam illam diem Ecclesia
transigebat in mœstitia, Christi in se-
pulcro memoriam repræsentans, &
resurrectionem ejus expectans. Post
ea cœpit Ecclesia Missam illam resur-
rectionis, mediâ nocte legi solitam,
celebrare die Sabbati tempore matu-
tinœ qui mos nunc toto orbe invaluit.
Hinc aliqui existimant præceptum
illud antiquum abrogatum esse, quod
Missam in die celebrare prohibebat;
ita ut privatam Missam tunc legere
non existiment prohibitum. Qui
propter hac in re consule consu-
dinem loci in quo degis, in praxi in-
venimus tuius, & magis ad mentem Ec-
clesiæ videtur abstinere.

5. QUÆRO. Quâ horâ licitum sit
lebrare? Resp. Rubricas Missalis deter-
minare ab aurora usque ad meridiem.
Solet autem aurora inchoari unâ hœc
& mediâ circiter ante Solis ortum. In-
terim scimus quibusdam in locis soli-
tum esse etiam ante auroram celebra-

TRACTATUS IV. 435

Patet ex
nam nodi,
n Ecclesi
risti in se
ntans, &
ns. Post
lam resur
i solitam,
ore matu
e invalui
ræceptum
esse, quod
hibebat;
inc legie
n. Qui
consuet
in praxi
entem Br
itum sit
alis deter
neridem
unâ hq
rtum. In
locis sol
i celebra
rit
re:tum ut famuli, filii-familias, opera
ni eam audiant: tum ut iter facientes,
canon careant: de quo in multis Belgii
locis scrupulus non fit. Et cum talis
consuetudo ab Episcopis sciatur & tol
leretur, non videtur peccatum invol
vere. *Imò Navarr. cap. 25. Manual An
gelus Rosella*, & quidam alii, putant ju
re communi id non prohiberi. V la
tiūs *Navarr. cap. 25.* qui putat privile
gia Missæ ante auroram, vel post me
ridiem celebrandæ, continere jus com
mune, & tantum prodesse ad sedandos
animos scrupulosorum. Tu in praxi
consule consuetudinem timoratorum,
in Episcopatu in quo degis. Nam hoc
strictius observatur in quibusdam lo
cis, quam in aliis. *Trident. Sess. 22.* ordi
nat ut Sacerdotes ultra horas illis sta
tutas non celebrent, & hoc de statutis
intelligi potest cujuslibet Episcopatus
aut de consuetudine vim statuti ha
bente.

Quantum ad noctem nativitatis, li
cet celebrare etiam tres Missas Sa
cerdoti privato ante ortum Solis ex

Bb 2 privi-

privilegio *Telephori Papæ* Atque generaliter ex communi DD. sufficit, quod finis Missæ in initium auroræ incidat, aut quod Missæ initium circa meridiem inchoetur. Sed & olim in jejuniis quatuor temporum, ut patet de *consec. dist.* i. etiam post nonam celebrari poterat, eâ horâ quâ Christus illud obtulit quæ etiam tunc erat hora refectionis in diebus jejunii, ut statutum *D.Th.*

In Natali si quis tres Missas non celebret, potest quam vult eligere, convenit autem maximè tertia.

Nota etiam pro itinerantibus, aliquos docere Sacerdotem festo die impeditum in itinere, posse Missam impere unâ honâ post meridiem. Ita *Layman*, *Henriq.* & *Suarez*. Addunt alii, quod Sacerdos, si desit copia Confessarii, possit die festo celebrare contritus, ut possint alii audire Missam, licet ipse non esset Parochus, si non sit aliis qui celebret. Dicunt & alii, qui itinerantem ut die festo audiat Missam posse celebrare sine ministro.

TRACTATUS. VIII. 437

stro: & si in loco sit ubi desit aliquid ex minoribus ornamentis, puta Stola, vel manipulus aut cingulum, posse sine illo celebrare. Quæ omnia ut probabilia admittit Diana. Aliqui contradicunt, quia tunc nō obligat præceptū Missæ, ideoque non est necessitas, nec ex parte celebrantis, nec audientis.

CAPUT V.

Derequisitis ad celebrandum, & de
Stipendio celebrantis.

1. QUAERO: An necessaria sunt vestes
sacra, & qua? Resp. necessaria
sunt: nimirum, Amictum, Albam,
Cingulum, Manipulum, Stolam, Pla-
netam: ita ut nullo casu liceat celebra-
re sine vestitu illo sacro. Si tamen in
casu necessitatis una ex minoribus de-
sset, puta Cingulum, vel Manipulus,
vel Stola; multi existimant non fore
mortale, sine ea celebrare: multò mi-
nus si quis per inadvertentiam aliquā
carum omittat.

2. QUAERO. An omnes ha vestes de-
biant esse benedictæ? Resp. Doctores
communiter, omnes debere esse be-

Bb 3 nedictæ

nedictas, alioqui mortaliter peccari. Excipiunt aliqui Cingulum, cuius benedictionem non esse necessariam, probabilis sententia afferit: Et testatur *Scot. ac Richard. in 4.d.17.* in aliquibus Regionibus morem non esse, ut benedicatur. Passim videmus licet quandoque sit benedictum, si tamen frangatur, solere utramque partem connecti sine alia benedictione; quod licitum esse docet *Em. Sa. Soto, & ali.* Adde cum aliquibus, licitum esse ut Stola pro Cingulo, atque Manipulo, loco Stolæ, si sufficientis longitudinis sit: Durant vero benedictiones, quamdiu istæ vestes manent integræ, ac formam suam retinent. Unde si avellatum planè Manica ab Alba, benedictionem amittit, & licet denuò assuatur, iterum benedicenda est; secus si paulatim reficiatur. Quantum ad Stolam & Planetam, si sint duplices, alium intus, alium foris colorem habentes, & separantur: utramque partem benedictionem retinere, afferit *Suarez*: cum utraque illarum tota Planeta sit & Stola, &

beccari,
cujus
Tariam,
t testa-
aii qui-
esse, ut
is licet
i tamen
partem
e; quod
, & alii
esse utr
nipulo,
tudinis
, quam-
ac for-
vellatur
tionem
. iterum
utim re-
& Pla-
ritus, &
& sepa-
edictio-
cum u-
& Sto-
la, &

i, & unâ benedictione benedicantur,
unquam essent dux Planetæ ac Stolæ.

3. QUAERO. *Quandam præter vestes
in necessaria ad celebrationem?* R. re-
mari præter Altare fixum vel portati-
Mappas, Corporale, Pallam, Cali-
x, Patenam, Candelam, Missale, Pa-
ram, & Vinum, de quibus sequentia
int notanda.

1. Duas Mappas requiri, aut unam
uplicem. Quidam etiam docent unâ
sufficere; quod ob necessitatem, seclu-
si contemptu admiritti potest; ordina-
tio autem non nisi super dupli Mapp-
a seu Tobaleâ celebrandum est. Ne-
que verò Mappas benedici est necef-
sarium. Ultra id requiritur Corporale
in eum benedictum, cuius potest esse
utremitas ferica. Et durat benedictio
namdiu manet integrum, per rup-
cionem autem notabilem perit. Dein
ad Palla requiritur, quâ Calix coope-
tur, & ex parte inferiori convenit es-
selineam, exteriori autem parte po-
test esse ferica vel aurea. Olim unum
erat tantum Corporale oblongum,

Bb 4

quo

446 RESOL.PASTORAL.

quo etiam tegebatur Calix : & tunc non erat necessaria alia Palla , quod etiam nunc apud Carthusianos obser-vatur. Cùm autem Pallæ non contin-gant Hostiam consecratam, non vide-tur necessaria benedictio, quæ in Cor-porali omnino sub peccato mortali requiritur.

2. Requiritur munditia ornamen-tum & vestium , maximè Corporalis. Quod si quæras quale peccatum sit, si immundities reperiatur ? Resp. DD. snt enōmiter immunda ; aut si fiat scandalo vel contēptu, erit mortale ; si non snt enōmiter immunda , nec scandalum sit, aut contēptus, veniale.

3. Requiritur ut Calix sit consecra-tus & Patena; debentque esse aurea, vel argentea, vel stannea. Si deau-terio amittatur, non ideo perit con-secratio , quia totus Calix & tota ejus materia per modum unius consecra-tur. Quod si deauretur postea Calix vel Patena, ex ea parte , qua Corpus & Sanguinem contingit , iterum conse-cranda sunt : quia id in quo sit proxi-

TRACTATUS IV 441

mē contractus Corporis & Sanguinis,
jam non erat consecratum. Perditur
porro consecratio, si notabiliter fran-
gantur, ita ut formam & quantitatem
amittant, quæ ad earum convenien-
tem usum est necessaria. *Quæres*, an
Pixinis, in qua servatur Eucharistia, de-
beat esse benedicta? *Respondent* multi
DD. in jure non inveniri præceptum:
ordinariè tamen solet benedici, & hoc
tutius; quia ordinatur ad tangendum
immediatè Corpus Domini. Unde
adverte in nuda Pixide, maximè si sit
argentea, rectius collocari particulas
consecratas, quām in parte Corporalis
in Pixide posita: quia cūm particulæ
renovantur, difficilius est id perfectè
peragere; & non sit sine periculo pur-
gatio Corporalis intrpositi, solent n.
particulæ facile dissilire. *Quod etiam*
advertit Possevinus, & apud PP. Socie-
tatis video in usu esse: quamvis aliqua
Pastoralia insinuent substernendam
intus Corporalis partem. Cæterum
contactum Calicis, Patenæ, Pixidis,
Corporalis, sine contemptu à laicis fa-

B b 5 etum,

Etum, non existimo nisi veniale. Idem quod de Pixide, dic de Lunula in Remonstrantia Sacramenti; quam licet aliqui putent non necessariò benedici; est tamen tutius; quia immediate tangit Sacramentum. Et hæc est præxis Ecclesiæ

4. Lumen sub peccato mortali requiritur, in rigore tamen sufficit una candela, quamvis duæ ordinariè ex decentia adhibendæ sint. Sufficit eti in necessitate Lumen Senaceum. Quare vero verò hic potest quis: An sit etiam præceptum, ut ante Eucharistiam in templis semper lumen ardeat? Respondent aliqui, licet expressum in jure non reperiatur, consuetudinem tamen universalem Ecclesiæ, habere vim præcepti. Ita Victorellus, Em. Sa & quidam alii. Sed hanc consuetudinem non esse ita universalem, patet ex multis Ecclesiis Parochialibus, maximè Ruralibus ubi propter paupertatem hactenus fuit solitum lumen continuum accendi. Et licet Episcopi eam consuetudinem introducere conentur variis de-

cretis

TRACTATUS IV. 443

cretis, ut videmus vix observari à subditis ob paupertatem. Disceptat enim illi de expensis, quorum sit eas sustinere, an Ecclesiæ, an decimas percipientium, an communis populi; sive que decretorum executio vel differatur, vel non sit. Extat porro præceptum le lumine, quando defertur Sacramentum foras, capitulo *Sanè de celebrat. Missarum.* Ex causa tamen illud etiam omitti posset, ut cum ad ægrum longè distantem defertur, nec commodè cum lumine fieri potest.

5. Requiritur Missale, in quo saltem sit integer Canon: cum enim memoriaialis sit, non licet in actione adeo sacra & publica, periculo se exponere. Adjici solet & Crux ex Rubricis Missalis, sed hanc non puto requiri de præcepto rigoroso, saltem sub mortali.

6. Quantum ad materiam, vinum non debet esse corruptum, sic nec paucis; & hic debet esse azimus, nec notabiliter fractus, & magnitudinis decentis: si haberi major Hostia non possit, an ex minoribus liceat adhibere? Re-

B b 6

spor-

spondeo in Missa privata & secreta id fieri posse, cùm non inveniatur præceptum in contrarium; gratiusque videri Deo sic celebrare, quām non celebrare, licet non sit festus dies, maximē si non sit periculum de scandalo, tunc nim id etiam urgente causā publicè fieri nihil vetaret.

Casus. Quidam Parochus nullam habens majorem Hostiam, veritus populi scandalum aliquod aut murmur, dum minorem Hostiam consecrasset, in elevatione Sacramenti ostētavit alteram quandam majorem Hostiā quā asservabatur in Pixide, ut exponeretur in die solemni populo. Quæritur, an ille prudenter fecerit? R. cūm in Missa debeat populo exhiberi adorāda Hostia in illo sacrificio consecrata, & oblata, talem cautelam non esse approbandam; melius tamen meo judicio fecisset, si & majori isti Hostiæ alteram parvam consecratam per illud sacrificium simul adjūxisset, quod facile fieri poterat, exhibendo utramque adrandam. Sic enim satisficeret cæremo-

niz

L.
secreta id
ur prace-
ue viden-
celebra-
maxime si
o, tunc-
publicè
s nullam
ritus po-
nurmur,
secrasset,
étavit al-
stiā qua-
oneretur
itur, in
in Missa
ida Ho-
, & ob-
e appro-
dicio se-
alteram
sacrifi-
cile fie-
ue ado-
xremo-
niæ
niæ

TRACTATUS VIII. 445

niæ huic sacræ, quâ hostia sacrificii
hujus populo ad adorandum exhiben-
da præcipitur. *Vide Diana p. 5. tract. 14.*

4. *QUAERO.* *An aliquas cæmonias*
omittere inter celebrandum, vel addere,
semper sit peccatum mortale? *Resp. I.* in
his etiam excusare posse rationabilem
causam, vel levitatem materiæ, Ex.
gr. omittere *Credo*, vel *Gloria*, vel *Cō-*
memorationem aliquam, facile excu-
satur à mortali: quia non sunt partes
simpliciter necessariæ ad Missam, nec
quid notabile ad integratatem Missæ
spectans constituunt. Nec si paulò
post quis recordetur, debet repeteret
quia moraliter non contingit id fieri
sine aliqua inturbatione, & incom-
moditate. Similiter dic non esse nisi
veniale, & quandoque nullum pec-
catum; cæmonias aliquas, quæ in-
ter principales non adnumerantur, si-
ne contemptu prætermittere, v. g. o-
mittere crucem aliquam, manuum e-
levationem, pectoris tunisionem, &c.
Illa verò quæ notabilia censentur in-
ter partes integrantes Missæ, vel cære-
monias

monias principales omittere, potest esse mortale, nisi inadvertentia vel oblivio naturalis excuset. Ex. gr. voluntariè vel gravi negligentia omittere Epistolam, vel Evangelium, aut oblationem panis seu vini: Item mixtionem aquæ cum vino, fractionem hostiæ, & mixtionem cum sanguine, & similia. Quia hæ partes & cærenoniæ gravioris momenti censentur, coquod contineant speciale significationem, & soleant ad integratatem sacrificii requiri. Similiter dic non licere addere novas precatio[n]es ex devotione: unde & hic indiscretio, & peccatum intercurrit contra prohibitionem Pii V. in Missali, præsertim si publicè dicantur: Si ut privata persona secretè aliquid recitet quis, licet non videatur directè contra hoc præceptum: indiscretio tamen est, sacrum ministerium privatis precibus interrumpere. Aliud est, si quispiam jaculatoria oratione mentali animum in Deum elevat. Adverte etiam hic quosdam dixisse, v. n. verbum Ca-

nonis per negligentiam culpabilem o-
mittere, esse mortale: Sed id nimis du-
mum, quia & levitas materiæ hic vide-
tur excusare. *Quis enim unius Sancti*
nomen in Canone omissum statim af-
ferat materiam esse peccati mortalitatis?
Dicamus ergo, & hic negligentiam ve-
nialem censendam esse in uno aut altero
verbō omisso, ne animas illaqueemus.

s. *QUAERO. An Sacerdos ob stipen-*
dium, aut institutionem Capellanie ob-
ligatus dicere Missam determinatam,
puta Missam mortuorum, aut B. Mariae,
peccet aliam Missam legendo? Resp. si
id fiat ad servandum ordinem Missa-
lis, aut quia festum sit, non peccari.
Si vero nulla legitima causa subsit,
obligationi debet satisfacere. Ubi ra-
men prudenter advertendum est, vi-
tandum esse, quantum potest fieri,
murmur populi in similibus: sed nec
sine legitima causa ordo Missalis fa-
cile debet interrumpi Quod si etiam
fundatio habeat in certo altari cele-
brandum, non satisfit, sine justo
impedimento, & debita causa, alibi
cele-

celebrando; quia defraudatur mens fundatoris, qui hunc locum specialiter voluit coli.

6. QU AERO. *An Sacerdos pauper possit accipere pro una Missa duplex stipendium?* Resp. non posse, sive id fiat ab una & eadem persona, sive à pluribus, quia dum ei datum est stipendium, à Superiore vel approbata consuetudine declaratum justum, aliud stipendium accipiendo, bona sumit alterius invito Domino; quod non licet nisi in extrema vel gravi necessitate, non verò in ordinaria paupertate. Sicut ergo operarius ob paupertatem non potest plus accipere justa mercede; ita nec Sacerdos justo stipendio. Quod si stipendia non sint integra, potest vel à diversis, vel ab eodem tantum accipere, quantum sufficit ad justum stipendium: alioqui enim fit ei aliqua injuria, & potest se indemnare. Hinc infero, quod si Sacerdos semel justo stipendio contentus fuerit, non poterit illud ad majus reducere minuendo Missarum numerum.

L.
ur mens
speciali-
uper possit
x stipen-
id fiat ab
luribus,
endum,
onsuetu-
iud sti-
fumit al-
d non li-
recessit-
ipertate
eratatem
a merce-
tipendio,
integra,
dem ran-
cit ad ju-
im fit ei
demnen-
si Sacer-
contentus
natus re-
n numer-
rum

TRACTATUS VI. 449

rum, secus de injusto stipendio, si in-
voluntariè omnino illo contentus fu-
erit, sit enim ei injuria cum ob pau-
pertatem cogitur inæquale stipendi-
um acceptare, unde potest, non obstan-
te pacto, convenienti modo se in-
demniem servare.

7. *Quaero.* An Sacerdos qui hodiè
anemine stipendium accepit. Missam quæ
celebrat, applicare possit illi, qui primus
dabit illi stipendium? R. quidam Theo-
logi (inter quos Navarræ, Aragonius,
Henriquez, Rodriguez) posse: quia
Deus apud quem nulla est distinctio
inter præteritum & futurum, sed om-
nia habet pro præsentibus, applicet
fructum secundum intentionem Sa-
cerdotis. Negant vero alii hac ratio-
ne, quia Sacrificium Missæ consistit
in actione transeunte, cuius fructus si
a Sacerdote alicui particulari personæ
non applicetur, in Ecclesiæ thesaurum
reponitur, in quo ulterius nihil haber-
juris Sacerdos, sed solus Pontifex.
Quicquid sit de hoc, hic modus non
est approbandus: qui communis et-
jam

jam mens Fidelium , est stipendum dare non pro Missa jam dicta , sed pro dicenda : nec facilè videntur persoluti , si hunc modum scirent , unde saltem hic modus non est tutus .

8. *QUAERO.* *An is cui datur certa summa pro Missis , possit alios minori prelio conducere?* Resp. si det justum stipendium , non videri hic injustitiam committi : quia nihil deperdit ille cui Missa integrè applicatur , & sacrificanti etiam non sit injuria , si istud stipendium illi persolvatur : ideoque cum ipse hanc summam accipiēs , illius dominum sit assecutus , potest implere illam obligationē annexam per se vel per alium . Hic tamen modus cum frequenter contineat speciem aliquas turpis lucri , haud est consulendus . Post hæc scripta Congregatio Card. sub Urbano VIII. nonnulla stricte ordinavit de stipendio celebrantium , ut amoveret ab Ecclesia omne turpe lucrum . Vide Dianam 3.p.tr.14. prohibet Sacerdoti accepto semel stipendio , licet minus justum judicetur , iterum accepere

ipere ab alio aliud, & solum semel cele-
nare proutroque. Item prohibet illi qui
pro Missis accepit stipendium, minori
ratio alios conducere. Item prohibet Mis-
sa applicare illi qui postea obtulerit sti-
pendium. Denique prohibet diebus festis
plex accipere stipendium. Alia multa
principiuntur, quæ autem sint satispub-
lia & recepta, nolo disputare.

9. QUÆRÔ. Quale peccatum com-
mittat; qui diu differt per magnam negli-
entiam Missas dicere, ad quas obligatur
stipendio? Resp. aliquos judicare hoc
se peccatum mortale, ob grave da-
num quod potest consequi is pro
quo celebrandum est. Fortè enim
anima aliqua è Purgatorio liberata
fuerit. Item is pro quo celebra-
nus erat, notabile bonum spirituale
et corporale consecutus fuisset: ita-
que à gravi saltem veniali, vel peri-
culo mortalis, supinè negligentem
non excusarim. Sed dices, defrauda-
tionius Regalis, qui solet dari prou-
na Missa, non est materia peccati mor-
talis: ergo aliquem defraudare Missâ,
non

non videtur peccatum mortale? Respondeo ex ea parte præcisè ita vide-
ri: attamen cùm fructus Missæ inasti-
mabiles sint, & ad hos applicandos ex
pacto teneatur Sacerdos, defraudatio
videtur in re notabili.

10. QUAERO. *An mulier possit mini-
strar?* Resp. ex communi non posse,
ob capitulum de cohabit. Clericorum
& mulierum, Ratio est, quia per se in-
decens est, & nonnullum periculum
continet contra puritatem & mundi-
tiam tanti Sacramenti. Addit Soto &
probat Suarez, in necessitate potius
celebrandum sine ministro, quam fa-
minâ ministrante: quia hoc sit expres-
sius jure prohibitum, & videtur inde-
centius, *Quibusdam* tamen in locis
jam consuetudine receptum est, ut
pud Moniales puellulæ decem aut
duodecim annorum ad id instruere,
ministrare permittantur ibi celebra-
ribus, quod quidam sine scrupulo e-
jam timorati ob consuetudinem usur-
pant in Provinciis Belgicis, Episcopis
id etiam scientibus, nec severius pro-
hiben-

hibentibus. Unde non ausim conde-
mnare id gravioris peccati , ubi con-
suetudo præscripsit , nec periculum
putatur. Hac de re tamen Hispani au-
Itali Doctores severius videntur lo-
qui , quia in illis Nationibus majus
periculum , aut inordinatio judicatur
in similibus. Nota Capitulum de co-
hab. cleric. & mulierum sic habet: *in-
hibendū quoque ut nulla famina presu-
mat accedere, aut Presbytero ministrare,
nisi inter cancellos stare vel sedere.* Ubi
indicat, non debere mulieres admitti
intra chorū. Quod est contra Domi-
cellas eligentes sibi locum propinquè
ad altare, non sine indecentia & distra-
ctione Sacerdotum. Cur rei Episcopo-
rum auctoritas deberet obviare, quan-
toquidem jure prohibetur.

C A P U T VI.

*De causis à Missa audienda
excusantibus.*

QUAERO. Quanam causa à Missa
audienda excusent? R. ex com-
muni Doctorum interpretatione, ac-
cedente etiam consuetudine hanc in-
terpre-

terpretationem confirmante, non esse
necessariam causam admodum gra-
vem, ut quis excusetur. Hinc com-
muniter tradunt Theologi jacturam
alicujus boni mediocris existimatio-
nis excusare; vel etiam cum audire
quit Missa sine gravi difficultate & la-
bore. Ratio esse potest, quia cum hoc
præceptum sit humanum, videtur la-
tum cum tali moderatione dicta, ut
labor aut difficultas prudenti jedico
existimata rationabilis, aut jactu
mediocris censeantur excusare. Unde
plurimum hic facit bona fides exifi-
mantis se habere justam causam; per
illam enim fit, ut à mortali peccato
excusentur aliqui in casibus, alicui
dubitacioni aut disputationi obno-
xiis. Et hac generali resolutione dedi-
cuntur casus hi particulares, à Theo-
logis expressi.

1. Si aliquis infirmus sine alicuius
momenti incommodo nequeat su-
gere aut domo exire: vel si periculum
sit reincidentiae aut retardationis con-
valescentiae excusatur.

L.
e, non esse
dum gra
linc com
jacturam
istimatio
audire
a cum hoc
tate & la
ut jactur
are. Und
des exiss
sam ; pa
li peccato
, alioqu
ni obno
one dede
, à Theo
e aliquo
ueat su
periculor
ionis con
TRACTATUS IV. 455

2. Si quis ministeret graui infirmitati laboranti, & unz tantum Missa celebretur, cui non possit interesse relicto infirmo cum aliqua illius incommoditate. Nec enim opus est, ut ministerium planè sit necessarium, ita ut non possit deseriri: sed sufficit quod prudenter hic & nunc bonâ fide putet non reverentur inquinendum infirmum, aut timeat ei dicta, ut aliquid incommodum, ob quod pueri se excusari. Similiter dic de aliis operibus misericordiae tum corporalis, tum spiritualis.

Dixi *id posſe ex vi juris communiam* poſſet Episcopus hanc delegationem impediſire, & statutum facere, nemo in ſuo Episcopatu poſſit conſiſiones audire, niſi à ſe approbatus; præcipere, ut nullus Parochus poſſe jurisdictionem ſuam concedere, niſi taliter approbato. Id verò tunc obſervandum foret, atque hanc eſſe primum aliquorum Episcoporum afferit, cui omnino ſtandum eſt, maximè ubi per decretum publicum conſtat.

2. QUAERO. *An approbatus ab Episcopo ſimpliciter & abſolutè (hoc eſt non reſtrictivè ad hunc vel illū locum, cetera)*

TRACTATUS V. 507

confessetur approbatus prota Ecclesia: ita ut possit audire confessiones ubique ter-
iarum, si modo ei licentia detur à Paro-
chis. Resp. 1. probabilem esse affirma-
tivam partem, quam cum Suarez tenet
multi Theologi. Iterum tamen hic ad-
vertendum, an Diocesani statutum a-
liquod non sit, prohibens licentiam
dari, nisi approbatis à se, ut jam dixi.
Resp. 2. negativam partem securio-
remesse, ac multis etiam Theologis
placere. Illam docent Emm. Sà, Rodri-
guez, Miranda, Vasquez, & alii. Et vi-
detur fundamentum habere in Cone-
Trident, dicente, Sacerdotem ut con-
fessiones audiat, debere approbari ab
Episcopis. Ubi dum dicit, ab Episco-
pi, & non ab Episcopo, videtur singu-
lorum Episcoporum approbationem
requirere pro quolibet Episcopatu.
Unde & Pontifices communiter dum
Religiosis concedunt potestatem au-
diendi confessiones, adjiciunt condi-
tionem, si inimicorum sint approbati ab
ordinario loci; atque hoc non intelli-
gitur de quolibet Episc. confusè, sed

Ff 2

de

de Episc. loci ubi audiunt confessio-
nes. Ergo similiter dicendum, debere
approbari Sacerdotem ab Episcopo
Diœcesis, in qua audire vult Confe-
ssiones. Neque eadem est ratio deha-
bente Parochiale beneficium. Ratio
enim diversitatis esse potest, quia ap-
probatio annexa Curæ Pastorali, est
antiqui juris, & est derivata in Paro-
chos ab Ecclesia universalis: modus an-
tem approbationis simplicium Sacre-
dotum est à jure novo Concilii Tide-
tini; qui eam committit Episcopis.

Referitur quoque ad hanc rem, Co-
gregationem Cardinalium consultan-
per Archiepiscopum Valentinum: in
approbatus per alium, quam per Ep-
iscopum Valentinum censeatur appro-
batus in Diœcesi Valentina, respon-
disse negativè. Cujus rei mentionem
facit Rodriguez in explicatiōne Bullæ
cruciatae. Sed, ut verum fatear, multæ
resolutiones Congregationis referen-
tur hinc inde ab Auctoribus diversæ
opinionis hac in materia, quæ parum
authenticæ videntur, aut non ita firmæ

fidei. C
mam al
stet, illi
mihi in
no D
quod
nanda
el extre
llis qu
figillo &
dinalis
Congre
num mi
stra
3. Qu
Coadjui
Approba
tio dete
motæ f
les in D
1624. &
Revere
cario C
Subject:
fente.
fidu

fidei. Quod si super jam dictis novissimam aliquam resolutionem datā constet, illi standum; nulla certa hactenus mihi innotuit. Nota verò generaliter pro Declarationibus Cardinalium, quod Urbanus 8. 2. Aug. anno 1631. mandarit illis nullam fidem in judicio et extra à quoquam adhibendam, nisi illis quæ in authentica forma solito sigillo & subscriptione Eminent. Cardinalis Præfecti & Secretarii sacræ Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint. Ita refert Diana tract. 14. Resol. 23.

3. QUAERO, Quid de Sacellaniis, sive Coadjutoribus Pastorum, qui tantum approbantur pro hoc vel illo loco ab Episcopo determinato? Occasione ipsorum motæ fuerunt quæstiones subsequentes in Diœcesi nostra Leodiensi anno 1624. & præsentatae Cl. & admodum Reverendo D. Ioanni à Chokier Vicario Generali: Responsionesque subjectæ ab eo signatae sunt, me præstante.

510 RESOL. PASTORAL.

QUÆSTIONES QUOTIDIANÆ

Pastores & Sacellanos concernentes.

I. **Q**uaritur. Vtrum Sacellanus ali-

cujus Pastoris, possit audire con-
fessiones Parochianorum alterius Pastoris
in aliena Parochia? Resp. non potest, si
non sit approbatus pro illa.

2. **Q**uaritur. Vtrum Sacellanus possit
audire confessiones alienorum adventa-
tium ad Parochiam, in qua deseruit?
Resp. Potest, si cum licentia Pastorum
suorum saltē interpretativa accedat;
quam tamen facile non præsupponant
nisi ex ferè certis indiciis.

3. **Q**uaritur. Vtrum Sacellanus trans-
siens ad ministerium alterius Parochi,
debeat denuò approbari pro ista nova Pa-
rochia? Resp. Debet approbari de no-
vo pro illa, si numquam pro illa fuerit
approbatus.

4. **Q**uaritur. Vtrum Sacellanus, q̄d
aliquando servivit alicui Parochia, pro-
pter vel mortem, vel absentiam Pastoris,
omnia Pastoris munia exercens, posset
transiens ad alium pagum, ut officiū Sa-
cellani tantummodo agat, debeat pro

TRACTATUS V. SIX

Illo approbari, quandoquidem majus officium exercuerit? Resp. Debet pro illo pago approbari.

5. Quaritur. Vtrum Pastor habens eam Confraternitatem in sua Paro-
chia, possit audire confessiones alienorum
lventantium ad se, Indulgentiarum
grandarum gratiâ, titulo Rectoris Con-
fraternitatis? Et an possit similiter tunc
us Sacellanus? Respon. potest id Pa-
stor, non titulo Rectoris Confrater-
nitatis, sed virtute licentia saltem in-
terpretativæ datæ à propriis Pa-
storibus. Potest & Sacellanus appro-
batuſ,

Quaritur 6. Vtrum alii Pastores non
possint in isto loco Confraternitatis con-
fessiones alienorum audire Similiter
eorum Sacellani? Resp. Posunt cum li-
centia illius qui habet ibi jurisdictionem,
Sacellani autem ipsorum non
possunt, nisi sint approbati pro illo et-
iam loco, aut nisi suos ibi audiant.

Quaritur 7. Vtrum etiam Pastor in
propria Parochia possit audire confessio-
nes alienorum etiam alterius Diœcesis

Ff 4 advene

§12 RESOL. PASTORAL.

adventantium ad se. Similiter an *Iesu* *Sacellanus?* Respon. Posse, si ex fraude non accedant, sed occasione, vel indulgentiæ, vel peregrinationis, vel rationabili alia causa, ibi existentes volunt confiteri. Si autem suspicio sit venire ad fugiendam auctoritatem propriorum Pastorum, non possunt audire.

Sig. erat: *Io. à Chokier Canonicus
Vicarius Leodiensis.*

Ex quibus adverte 1. gravem esse errorem quorumdam Sacellanorum, qui pro certâ Parochia approbati, immiscent se audiendis confessionibus quorumcumque, etiam extra Parochiam pro qua sunt approbati.

Adverte 2. multò magis errare, si aliena Diœcesi audiant, errare quoque Pastores, qui eos advocant ad sibi auxiliandum. *Quod* vidimus practicari erroneè in Parochia de *Fagnolle* subdita *Namurcensibus* ubi solitus erat advocari pro auxilio Pastoris ad confessiones excipendas Sacellanus aliquis in *Matania* (qui est locus Diœcesis).

LII

TRACTATUS V. 513

Leodiensis) approbatus, ac pro illo solum pago admissus.

Adverte 3. errasse quoque gravissime Pastores aliquos, qui titulo Confrat. Rosarii in Parochia sua erectæ, utarunt sibi licetiam per hoc factam absolvendi à quibuslibet casibus revertatis: eò quod in aliquibus Bullis Pontificum ea de re fiat mentio Sed non adverterunt eam auctoritatem concedi Confessariis Ord F. Prædicat. non verò quibuslibet Cofessariis. Nec frat. Prædicatores hanc auctoritatem aliis possunt communicare, etiam pro illis qui confraternitati adscribuntur absolvendis.

Adverte 4. errare etiam eos, qui relictâ curâ Pastorali, putant sibi licere virtute prioris Pastoratus, sive approbationis per illum, audire confessiones in tota Diœcesi; non obstante quod aliam curam Pastoralem non suscipiant. Concilium enim Trident. expressè dicit, quod illi censeantur approbati, qui Parochiale beneficium habent; quod intelligitur de actualiter

Ff 5 haben-

514 RESOL. PASTORAL.

habentibus; unde illis dimissis cessat non solum jurisdictio, sed & approbatio, nisi ab Episcopo iterum petatur. In quo adverte olim errorem contingere in *Oppido Thudinensi*: ubi annuitim ferè ad administrationem Curæ (quæ Capitulo incumbit) admittebantur novi Sacerdotes, & ad hujus effectum procurabat Capitulum eos ab episcopo approbari: illi autem non obstante quod post annum unum vel alterum illam administrationem dimitterent, ingerebant se audiendis confessionibus quorumcumque in Diocesi, sine nova admissione sive approbatione, virtute prioris approbationis, quâ ad curam administrandam dicebant se approbatos fuisse.

Adverte 5. Quantum ad septimum attinet, Resp. ista conformis est resolutioni generali, quam dant communiter Theologi de iter agentibus, aut peregrinantibus. Dicunt enim quod licet olim peterent facultatem à proprio Parocho, ut aliis in itinere possent confiteri? nunc tamen ex consue-

tudi-

TRACTATUS V.

515

tudine, sive tacita licentia Pastorum , aut Episcoporum , posse confiteri Parocho loci, ad quem perveniunt , vel Sacerdotibus ibi delegatis ; Referturque *Eugenius IV.* declarasse id etiam habere locum in annua confessione & communione . Dicunt tamen esse necessariam bonam fidem , & veram causam : nam si quis tantum ageret inter , ut fugiat auctoritatem proprii Pastoris , non foret absolvendus . Videri potest *Suarez* , aliquique ab ecclesiati . Et certè , moraliter loquendo , necessarium videtur hanc concedere licentiam vel expressam vel tacitam , uthi quos à Parochiis certis de causis , abesse contingit ad tempus , Confessariis quos pro oportunitate reperient , possint confiteri , tum quia timentes D e u m statim ubi peccato mortali verentur se obnoxios , Confessarii occasione oblata solent uti : tum quia pii Festa B. V. & alia principalia haud solent præterire sine confessione , & cum tunc contingat abesse à proprio Parocho , gravatis fo-

Ff 6

xer

516 RESOL. PASTORAL.

ret sine Sacramentis remanere. Unde non puto morosius hic agendum à Pastoribus, sive propriis, quasi debeat improbare similem tacitam licentiam; sive extraneis, dum bonâ fide requiruntur ad excipiendas talium confessiones, quibus ad Parochos non est facilis recursus. Contigit alicubi quendam ad sua negotia iter agentem, divertere in itinere ad Parochiam aliquam Missæ audiendæ gratiâ, ac ibidem obsecrare Parochum, ut exciperet confessionem suam ut tutius iter suum perficeret, peccato aliquo cuius sibi conscientia erat, expurgato. Parochus hanc re scrupuloshor tenuit, tamquam non habens facultatem absolvendi non subditum sibi. Eodem die contigit eum in nemore quodam propinquo à prædonibus spoliari, & interimi. Read Parochum delatâ, non potuit non graviter contristari, & seipsum coarguere, quod huic animæ opem non attulit, rejectis scrupulis excipiendo ejus confessionem; cum etiam divinâ inspiratione ad id petendum tunc impulsus videre.

videtur. Similes multæ causæ faciūt, ut prudenter tacitam illam licentiam in favorem pœnitentium datam interpretetur. Imò quidam à jure datam dicunt, cuius cōsuetudo testis existat, sed fundari potest in declaratione Eugenii 4. de qua Cajet. verbo *Absolutio*.

Quæritur verò iterum hic: An iter agens per Diœcesim alterius Episcopi, ibi confitens possit absolvī à casu Episcopo suo reservato, si ibi non est reservatus? Resp. affirmativa probabilis est, & eam multi Theologi sequuntur. Ratio est, quia eo ipso quo iter agit per aliam Diœcesim, & ibi cōfiteri potest, absolvī etiam potest more incolarum illius loci, quandoquidem Confessarii illius Diœcesis non teneantur scire causas reservatos in altera. Si ergo ibi causa non est reservatus, absolvī potest à quolibet Confessario. Si etiam ibi est reservatus, potest absolvī ab illis, qui ibi habent potestatem super reservatis. Cōsuli potest. *Navar. c. 27. n. 261. Suanz disp. 30. sect. I. Filluc. Tract. 7. c. 10.*

C A P U T H.

De officio Confessarii.

I. **Q**UAERO. Quid faciendum Confessario , qui vider pœnitentium esse in occasione peccati ? Resp. si sit occasio proxima peccandi mortaliter tenetur Confessarius exigere à pœnitente propositum firmum eam tollendi. Ut autem proxima judicetur, duo debent concurrere i. Ut sit voluntaria, si enim vitari non possit , moraliter loquendo, & ab alio potius censetur illa quam assumpta, non reddit indignum absolutione , 2. Debet esse talis ex suo genere , ut statim vel quasi statim illa datâ homo in mortale cadat : sive unata sit frequentissimè homines similis conditionis ad talia peccata inducere; vel experientia doceat talem effectum habere in hoc pœnitente. Hic verò ad judicandum multâ prudentia debet uti Confessarius. Nam unicuius occasio proxima est , quæ eadem in alio talis non judicatur Ex. gr. Frequentatio popinæ uni est proxima occasio ebrietatis ; & aliorum peccatorum

mortis.

mortalium, quæ alteri talis non censetur, licet aliquando etiam inde peccare eum contigerit. Item frequentatio cum hæreticis uni est occasio hæresis, aut dubietatis in fide, alteri firmiori non est. Item convertatio cum puellis illicui adolescenti est causa luxuriæ, vel in actu, vel in cogitatione: similis occasio non censetur proxima alteri, qui aliquando, atraro, propter hoc peccat. Item lectio librorum de amore retractantium, uni potest esse præcipitum, alteri non nisi veniale censeri. Cum ergo occasio censetur proxima alicui, talis nō potest absolvī, nisi proponeat tollere; si autem non sit proxima, potest absolvī.

Sed quid si pœnitens dicat, se non posse sine scandalo, vel infamia, vel gravi commodo tollere? Hujusmodi casus sunt quotidiani, & nūlrum timoratos Confessarios torquent. Exemplum sit. Famulus & ancilla in eadē domo conversantes, sibi mutuo carnalium cogitationum & tactuum occasio sunt; & allegant se eam domum non

non posse deserere sine gravi incômodo, quia alibi ministerium non sint repertri. *Item* filius familias male conversatur cum ancilla aut consanguinea cohabitante, veletiam sorore; & dicit se non posse deserere paternam domum, nec id ipsum fieri posse altera. *Item* adolescens in matrimonium optat aliquam puellam, nec potest eam alloqui sine motibus carnis, in quibus solet delectari, & sic est in frequenti statu peccati; sed hanc familiaritatem ob matrimonium prætensus negat se posse deserere.

Resp. i. In his & similibus casibus videndum esse, an sit aliquid remedium, quod suscepturn à pœnitente credatur posse ipsum cum Dei gratia præservare à lapsu. Atque ita pœnitens si admittat tale remedium, cum proposito non consentiendi ulterius peccato, posset absolvī. i. Monatur, resoluto animo personæ cum qua male versatur repræsentare periculum in quo sunt, & quod ob illud sibi denegetur absolutio: ideoque obsecrare eam debet

TRACTATUS V.

521

debet in Domino, ut meliorem jam
ineant rationem vitandi peccati & pe-
niciuli. 2. Eliciat propositum efficax nō
conversandi in tenebris cum illa, aut
in loco remotiori & solitario effica-
cius ad peccatum inducente. 3. Paratus
sit non solum loca, sed & occasionses
quas judicat maximè proximas sibi,
sive ordinariè initium peccato dantes,
evitare: puta aspectus nimis fixos il-
lius personæ, aut manuum, facieique
attractus, blanditias & illecebras om-
nes. 4. Ordinetur ei brevis aliqua jacu-
latoria, qua quotidie propositum re-
novet non cadendi, idque matutino
tempore, vel etiam ter in die, mane,
meridie, vesperi. Item Salutatio ad
Christum, B. Virginem, Angelum cu-
stodem, & ad hunc effectum precatiū-
cula per *Ave Maria*, vel genuflexio
cum reflexione mentis. Item quoties
cogitatio prava inciderit cruce signet
pectus, cor elevando in Deum, & si-
milia. Si hæc observare se omnino pa-
ratum offerat, atque alia quæ Confes-
sarius ex Spiritus instinctu suggerere
potue-

potuerit (inter quæ esse poterit sequens confessio, & communio, freques Missæ auditio) poterit talis absolvit.

Sed quid si adhuc reincident, & absolutionem iterum iterumque reincidentes petat? Resp. non ideo negandam, si propositum firmius, quam antecepit: præsertim si aliquantum se contineat, & diminuat numerum peccatorum, ita ut aliqua inchoatio, aut spes emendationis possit advertere. Quod si nulla est tandem apparentia aut spes emendationis, sed potius ruina in pejus, dicendum ei, & remorandum illud Christi; Si oculi tuum, aut pes, aut manus, scandalizat te, projice eam. Hoc est, licet aliquis tibi tam commodus aut necessarius videretur, quam est oculus, aut pes, aut manus, & tamen propter illum tibi ruina est salutis; melius tamen est ut ejus monumentis careas, quam ob illum protraharis in gehennam: ideoque separate ab illo quamvis conjunctissimus tibi sit & utilissimus. Sicut enim præstat, ut cum uno oculo, pede, & manu, in-

gre-

prediaris regnum cælorum, quām cū
duobus mittaris in gehennam, ita &
hic. Hic est discursus Iesu Christi, de
quo supra iterum dixi, sæpe repeten-
tus, & pœnitentibus in periculo agen-
bus fortiter inculcandus; ut solvant
incula collisui, & colligationes impie-
tis, ac falciculos deprimentes, sive oc-
casiones illas pertrahentes in gehen-
nam, imploret verò Confessarius au-
tum Spiritus pro illis, ac pro se, ut
uxia prudentiam spiritus illis possit
consulere, & opem ferre.

2. QUÆRO. Quid faciendum Con-
fessario, qui videt pœnitentem versari
ignorantiam in statu de se malo? Ex.
y. Possidet quis fundum alienum putans
num. Item habet contractum usurariū,
bonâ fide putans non esse talem. Item
unjunctus est matrimonio, cum ea cum
qua impedimentum dirimens interce-
bat, sed id ignorat. Respon. si igno-
rantia est crassia vel supina, tenetur
cum monere & instruere. Si est invin-
cibilis, non tenetur, nisi speret fru-
ctum, & sine scandalo ac gravi in com-
modo

modo locum putet monitioni cum efficacia. Quod si timet non profutram, sed potius graves perturbationes, debet tacere. Ratio est, quia tunc solum permittit in pœnitente statum materialis peccati, cum ille excusat ob ignorantiam invincibilem.

Sed quid si circa illa interrogetur a pœnitente, vel ob aliquam dubitationem, vel ob aliam causam? Resp. quod tunc debeat respondere secundum veritatem, quantum satis est pro interrogacione: quia justè interrogatus tenetur ex officio respondere, nec potest pœnitentiam in errore confirmare suo silentio.

3. QUAERO. An Confessarius possit expipere confessionem mulieris, cum qua peccavit? Resp. non esse jus positivum, non divinum, aut naturale, quo id retetur, quia potest esse emandatus sacerdos, & ritè conferre Sacramentum, & ex altera parte potest adesse vera contritio Ita Suarez & Fillius Tract. 7. de Confess. c. 9. Constitutionem particulari alicujus Diœcesis id potest,

potest prohiberi, ex eo quod quandoque per hoc tollatur erubescentia; quæ est pars pœnitentiæ, & quod non ita decens judicetur. Sic in statutis antiquis *Leod. Diœsis cap. 4.* ordinabatur ab pœna excommunicationis, ut Sacerdotes non audirent eas fœminas cū quibus peccarent, de peccatis quæ patrassent, cum eis; quod maximè videtur ordinatum ob concubinarios, qui suas concubinas audiebant. Additur tamen in illis statutis, ut presbyteri consocios & fautores peccati sui, & mediatores non audiant, sed mittant eos ad honestos Confessores, nisi necessitas hoc & in casu præcedenti exegerit. Sed cùm hæc non repetantur in postrema Synodo, non puto obligare, nisi quatenus juri divino sunt conformia;

Petes, quid si Sacerdos peccaverit cū filia confessionis, vel actu, vel voluntate, teneturne eam circumstantiam exprimere? Resp. non teneri, quia id non mutat speciem peccati, nec est incestus, quamvis non negem inde aggra-

gravari peccatum. Tenetur vero exprimere, an illa mulier de qua cogitavit & consensit, fuerit ab eo baptisata, vel an illius aliquam prolem baptisarit, quia tunc ob cognitionem spiritualem est species quædam incestus: hocque advertere debent Parochi, quibus id possit contingere.

4. QUAERO. Quid faciet Sacerdos, si male pœnitentiam absolverit, & defensus sit circa substantiam? Resp. debet monere pœnitentem admissi defensum, quando sine gravi noctumento ipius Confessarii, & sine scandalo fieri potest. Ex. gr. si absolvit eum, quem non poterat defectu jurisdictionis. Item si absolvit à reservatis, cum non haberet potestatem. Item si absolvit eum, qui non proponebat abstinere à peccato mortali, nec habebat quidem attinacem. Item si error in forma contigerit, aut dormiens non intellexerit pœnitentem. Quod si grave incommodum, aut scandalum ex monitione oriundum prævidet, dolere debet de peccato commisso, & relinquere pœnitentem in bo-

in bona fide, quia per sequentes confessiones poterit justificari.

Sed quid si Sacerdos in causa fuit, quod pœnitens alienum nō restituat? Resp. si non imposuit ei restitutionis onus, pœnitens ad id teneretur, peccavit contra Religionem, suum ministerium negligenter & indebetè exercendo. Non tenetur tamen ad restitutionem ipsemet, quia non peccavit cōtra iustitiam respectu damnum patientis. Si verò positivè consuluit, aut induxit ad non restituendum, tunc tenetur monere pœnitentem de male consilio dato; si verò non fecerit, aut jam pœnitens ob illius mōram factus sit impotens, tenetur de damno.

s. QUAERO. *Quid faciet Confessarius erga pœnitentem, qui nullum fecerit examen, vel insufficiens?* Resp. si Confessarius existimet se posse defectum supplere interrogando, & is paratus sit examinari, potest audiri & absolvī: nam magnam supplet diligentia parati (maximè in idiotis) voluntas quā desiderant interrogari & respondere.

Et

Et ita ordinariè practicandum circa rudes; nam experientia comperimus inutiliter remitti, quia vel non redit, vel æquè imperati redeunt. Quod si pœnitens aliquantum peritus sit, & à longo tempore non confessus, involutusq[ue] variis generibus peccatorū suaviter quoad fieri potest, ei persuadeatur, ut præviè per aliquid temporis se disponat.

6. QUÆRO: An confessarius si videt pœnitentem omittere, vel oblivisci alius peccati, teneatur illum de eo interrogare? Resp: ordinariè teneri, quia cum agat partes. Judicis, munus ejus est curare integritatem sacramentalis hujus judicii. Dico ordinariè, nam quandoque contingit, quod pœnitentes non existiment esse peccata mortalia, quæ talia judicat Confessarius, & ex bona fide vel ignorantia non putent se teneri ad ea confitenda, nec fructus sperretur interrogando & monendo, tuc potest non interrogare; ut supra dixi.

Sed quid si interroget Confessarius, & neget pœnitens se fecisse, cum

camer

umen sciat Confessarius tale peccatū
eo commissum? Resp. si sciat viā a-
quā extra confessionem, potest ea uti
d eum convincendum: Quod si nihil
ominus neget, regulariter tenetur ei
tedere, aut existimare illum esse con-
ssum, aut alia ex causa posse excusa-
ad non aperiendum peccatum. Nam
tdinariè in hoc foro standum est pœ-
nitenti, tam pro se, quam contra sc.
Quod si via confessionis alterius com-
plicis novit, non potest cum convin-
ere: prudenter tamen potest interro-
gare, ita ut non advertat pœnitens ex
alterius confessione venire. Et tamen
neget, non potest absolutionem ne-
gare, quia non magis tenetur uni, quā
teri credere. Frequenter contingit
in Confessione quod uxor asserat ali-
quid, & illud maritus neget, sic & in a-
llis pœnitentibus complicibus pecca-
ti, unus suo modo, alter planè diverso
factum enarrat. Quid faceret Confes-
sarius? Licet pro una parte magis, quā
pro altera veritatem stare moraliter
colligat, tamen non potest aliud dice-

Gg re,

re, quām judicer Dominus inter me & te. Posset tamen fieri, ut propriis, oculis peccatum viderit, vel peccantem blasphemis & injuriosis verbis audierit, sciatque certo personam non esse de ea confessam, sed perniciose mentiri, nec ullo modo posse excusari. Tunc non debet absolvere, cū certus sit de indispositione.

7. QUÆRO Quid agendum sit Confessario cum illo, qui ignorat necessaria scitu ad salutem, puta Mysterium Trinitatis & Incarnationis, & alios fidic articulos? Resp. antequā absolvat, debet eum docere saltem ea mysteria, quæ esse necessaria necessitate mediū docent Theologi: nempe Deum unum esse, tres Personas, Patrem, Filium, & Spiritū sanctum. Atq; Filiū prō nobis carnem sumpsiisse, & per mortem suam nos redemisse, non Patrem, non Spiritum sanctum. Denique in Sacramento Eucharistiae, nobis dari Corpus & Sanguinem Filii Dei conjunctum Divinitati. Mirum profecto est; quanta paſſim in pagis ignorātia circa hæc sit, ita ut nihil

TRACTATUS V. 531

ut nihil distinctè, vel explicite non sint istorum, eo quod à Confessariis non interrogentur de his. Nam regulares Confessarii dum eos accedunt rusticī, præsupponunt hæc edoceri à Pastoribus: Pastores cum aliquoties hæc in Catechismis dixerint, supponunt suos ista nō ignorare. Sed falsa est suppositio, quia frequētissimè quæ publicè in genere dicuntur, contingit non apprehendi à multis rudioribus in particulari. Unde necessarium est tales sūgillatim interrogari, imò & repeti, ac eis morosè inculcari. Obscuratos igitur in Domino velim Confessarios ac Pastores rūdium, ut hic diligentem operam navent, cum suavitate & patiētia, & per experientiam reperient se non infructuosè laborare. Variis in locis confessiones rusticorum excepī, & eos interrogans de Trinitate, pro responso accepi; Tres esse Deos, unam personam, vel unum esse Deū, sed tria corpora. Item dum interrogarem, quæ persona carnem assūmpserit? Respondebant satis ordinariè, esse Patrē.

Gg 2

An

An Pater esset homo? an etiam Spiritus sanctus esset homo? Respondebant affirmativè. Et maximè errorem universalem plerisque in locis deprehendi, quod putarent vinum, quod aliquando communicantibus datur, esse Christi sanguinem. Hæc verò difficulter edoceri possunt; maximè senes, nisi à Confessariis interrogentur, & erudiantur. Quod breviter potest fieri, de his quæ sunt necessaria necessitate medii. Nam si ignorent fortè decem precepta, aut Symbolum, sufficit quod firmiter proponant illa successu temporis se conatus ediscere. Substantia autem præcipuorum articulorum debet eis hic & nunc ante absolutionem proponi, ut fidem explicitam illorum concipiant; nempe Iesum Christum esse Filium Dei, & verum hominem, natum ex Virgine, pro redemptione nostra mortuum, postea resurrexisse, deinde ascendisse in cælum, denique venturum Iudicem.

Sed petes, An non sint repetendæ confessiones priores, ab illis ignoran-

tibus

tibus mysteria. Trinitatis, & Incarnationis, quandoquidem scitu necessaria sunt ad salutem. & non potuerint justificari sine fide explicata illorum mysteriorum, ut docent multi Theologi, Resp. secundum mentem illorū Theologorum, hoc videtur sequi: quia tamē non improbabilis est sententia, dicens sufficere implicitam fidem ideo non sunt ad hoc condemnandi, cūm crediderunt Deum esse nostræ salutis auctorem, ac nos redemisse; quæ fides implicitè continet mysteria credenda nostræ salutis. *Adde*, quod non sit improbabilis aliquorum opinio, quod confessio quandoque possit esse valida, sed informis; hoc est, gratia justificante non informata. Sic priores confessiones talium bona fide factæ, possent in hac opinione dici validæ, si forte fuerunt informes defectu fidei explicitæ de mysteriis necessariis.

8. *QUAERO. Quid agat confessarius circa pueros, de quibus dubium est, an habeant sufficientem usum rationis?*
Resp. opus esse Confessario prudentia,

Gg 3 nam

534 RESOL.PASTORAL.

nam multi pueri etiā post septē, octo,
& amplius annos, licet peccata aliqui
adferant ad confessionem (forte ex-
 aliqua instructione parentum eos ad
confessionem mittentium) tamen Sa-
cramentum Pœnitentiæ non appre-
hendunt: unde aliqua dicentes per
modum confessionis, nugantur circa
Rosarium suum, vel galerum, vel di-
gitos, vel socios circumspiciunt; nec
ita seriò se gerunt, ut videantur intel-
ligere Sacramenti rationem. Quapro-
pter puto hos non esse sacramentalia
absolvendos; sed cum instructione &
monitione aliqua (de obedientia pa-
rentum, de fugiendo mendacio, & ver-
bis dishonestis, de non garriendo in té-
plo, de non se mutuō percutiendo, &
similibus) dimittendos esse cum ali-
qua benedictione. Licet enim peccau-
aliqua cōfidentes, videantur dare ma-
teriā absolutionis; non est tamen suffi-
ciens materia nisi accedat saltem at-
tritio supernaturalis; de qua vix est
apparentia in dictis pueris, etiam post
monitionem seriò rem non apprehe-
denti

dentibus. Si tamen probabilitatem aliquam habeat Confessarius alicujus dispositionis, absolvat sub conditione sicut mente conceptâ: *Sit u es capax, ergo te absolvo, &c.*

Sed petes, quando teneantur pueri a uno precepto confessionis. Resp. Dom. So-
cili existimare non obligari ante 12. vel
4 annum, cū etiam incipiunt capaces
esse Communionis. Communior opinio tenet eos obligari, cūm incipiunt
peccare mortaliter, quod communius
feri putant post septem, vel octo an-
nos. Ego quidem existimo laudabile
tunc eos advocare, & monere paren-
tes, ut mittant, quia ex tunc assuefa-
ciendi sunt huic Sacramento. Adverto
tamen paucos, maximè inter rusticos,
etate esse capaces hujus Sacramenti.
Unde judicium de eorum obligatio-
ne, qua etate incipiat, pender à prudē-
tia Confessarii. Ethoc etiam hic ad-
vertendum, licet obligari possint ad
confessionem annuam post dictam æ-
tatem; tamen ante pubertatem, non
videri Ecclesiam velle eos obligare ad

Gg 4 pœ-

536 RESOL. PASTORAL.

pœnas non confitentibus impositas, ut etiam advertit *Navarr. Suarez Sa.* & alii. Addo quod si quis dum puer esset, putavit aliquod peccatum tantum esse veniale, & ideo omisit confiteri, non tenetur repetere confessiones, sed tantum illud peccatum exprimere. immo fortè ne quidem illud tenetur expitare, quia ex imperfecto usu rationis non fuit nisi veniale, licet ex natura sua foret mortale. *Quod adverte ob-* liquas puellas vel matronas, quæ torquentur ob impudicos aliquos tactus in ætate quinque aut sex annorum, & præ verecundia non audent confitentiam ob imperfectum iudicium, plerumque hæc non fuere nisi venialia, & ideo non necessariò confessioni iubicienda; nisi quis erroneam conscientiam aliter judicet.

3. QUAERO. Quando sint facienda interrogations, an in fine confessionis, an in decursu? Resp. nonnulli volunt has solum fieri absolute confessione, ne interrumpatur pœnitens. Sed puto id relinquendum prudentiæ Confessarii,

cu

qui alioqui multa excident, si teneatur expectare finem confessionis. Porro debet esse prudens interrogando in materia castitatis, ne vel curiositate agiputetur, nimis ad particularia descendendo, vel etiam se in periculum quod conjiciat. Nota etiam Medianam Cod. de Conf. tr. 2. q. 19. dicere non eneri Confessarium rememorare peccata pœnitenti, nisi quando sunt in damnum proximi. Quam sententiam idetur Vasquez dicere probabilem, quia contrariam solum vocat probabilem. Hac sententiâ poterit uti anxius Confessarius, dum non sperat fructum interrogando: Sunt enim aliqui morosi pœnitentes, quibus valde displicant multæ interrogations,

C A P U T III.

De integritate Confessionis.

QUAERO: An pœnitens teneatur aperire circumstantias notabili ter aggravantes, sed peccati speciem non mutantes? Resp. duplicem hic esse opinionem, & utramque probabilem, illa quæ negat, fundatur in eo, quod Concil.

Concil. Trident. solum significet tamquam necessariò confitendas eas quæ mutant speciem : & cum confessionis onus ex natura sua satis grave sit, pluribus dubiis res pateret, cùm frequenter ambigi possit , quænam circumstantiæ notabiliter aggravent. Sunt tamen aliqui casus , in quibus consentiunt Theologi passim confitendam circumstantiam , licet solum aggravans dicatur, & speciem non mutans, quia ea de re in aliquibus potest esse dubium.

1. *Est:* Si quis furatus sit furuum magnæ quantitatis , puta centum aureos non sufficit dicere , furatus sum quantum sufficiens ad peccatum mortale , sed exprimenda est quantitas.

2. *Si comedit carnes die jejunii,* non sufficit dicere fregi jejinium.

3. *Est in incestu ,* licet gradus specie non differant, putant tamen multitudinem confitendum præsertim si primus est, puta cum matre, aut sorore.

4. *In detractione, ubi oportet dicere, an infamaverit ,* falsum dicendo menties

mentiendo, an occultum verum reve-
lando.

5. Si percusserit personam aliquam,
dicere debet, an consanguinitate foret
proximè conjuncta, puta Pater, Fra-
ter, Consanguineus, Avunculus, &c.
similiter dic de odio.

6. Si reservatio sit annexa ob enor-
mitatem, aperienda est enormitas.

7. Generalis est, quando quis nimis
excessit modum ordinarium peccandi.
Nam interrogante Confessario, tene-
etur aperire veritatē, ergo etiam si nō
interroget, tenetur: nam interrogatio
non addit novam obligationem, sed
supponit.

2. QUARE. An numerus debeat ex-
primi in Confessione? Resp. affirmativè,
Trident. dicente, oportere omnia sangu-
la peccata confiteri. Si numerus pecca-
torum aperiri non potest, aperien-
da est consuetudo, quanta & quam
diuturna fuerit: ut quantum fieri po-
test, status pœnitentis intelligatur; dū
tempus & frequentia aliquo modo
indicatur, ut roties in hebdomada, vel
mense,

mense, vel anno. Qui autem non potest hæc etiam specificare, dicat se valde sèpè hæc fecisse, aut quasi quotidie, aut frequenter in septimana: hoc etiam sufficiet ad aliquo modo statum aperiendum, prout potest. Nam velle rudes ad specialiorem numeri specificationem urgere, potius est velle eos divinare, quam verisimilia confitent. Et experientia nobis constat, quod cum urgemus eos verisimilem numerum dicere in specie, si aliquem exprimant numerum nonnisi conjectum parum verisimilem facere: tum quia in diversis peccatis ferè eundem numerum expriment, licet unum praeter longè illis frequentius fuerit: tum quia postea specialius interrogati quoties in die, hebdomada, vel mense, invenitur ex ipsorummet declinatione, non fuisse prius vel tertiam partem numeri expressam. Videnturque solùm importunitatem Confessorum urgentis voluisse fugere, conjecturalis alicujus numeri expressione. Unde aliquando dicunt se commississe humano

centis

centies & centies, id est s̄epissimè. Ex his resolutio patet casuum sequentium.

Primus est: si accedat concubinarius sufficienter statum suum declarat & imerum, dicendo se uno vel duobus his concubinā tamquam uxore uenisse, continuā cum ea cohabitacione, & carnali consuetudine.

2. Similiter, si meretrix dicat se totius expositam fuisse, & omni occasione oblatā peccasse fornicando, & aducendo. Si tamen specialiter exprimitur possit actus specie differentes à implici fornicatione, ut puta quia cum conjugatis, aut consanguineis, aut acerdotibus, aut Keligiosis carnale commercium habuerit, tenetur id extimere. Alioqui si non possit, dicat se quislibet qualitatis viris expositam fuisse.

3. Qui in odio proximi hæsit per onfessam onum, sufficit id exprimere: quia in njectur ali mora temporis, status declaratur. Unde & confusè in ea explicatur numerus nississe centis humano modo possibili, dicendo se

Hh quasi

quasi continuò aut toties quoties persona illa menti occurrebat, quodfrequentissimè factum fuisse agnoscit, odium renovasse, vel malum voluisse, illique male dixisse, aut mortem uicit di-

6. N

racavit

erinis

circum

xercui

ptasse.

ercui

4. Si miles accesserit dicat se perfex, ut quæ aut septem annos, juramentis, blasphemias, concussionibus deditum fuisse, sic & alia vitia militiæ ordinariæ exprimere poterit. Putantque aliqui sufficienter exprimi statum, tali modo. Si tamen concussiones & violentiz sunt quandoque enormes, vellem spicificari. Quicquid sit rectè notandum, qui, Confessariis majorem debere curam de excitanda contritione, & firmo proposito non peccandi amplius ; quam de numero peccatorum nimis anxie inquirendo, dum alter quo modo status pœnitentis agnosci potest.

3. Qu

rio, cu

numero,

lignora

primere

em con

dum ad

oomisi

quod nō

tamen tu

defectu

plicando

liters de

5. Si usurarius accedat, & dicat se decem annis usuras cum omnibus accessentibus exercuisse, satis aperit sum.

6. Num

L.
otiesper-
quodfre-
agnoscit,
m volu-
t mortem
TRACTATUS V. 54;

6. Nummularius qui multis annis
vacavit cudendis quibuscumq; adul-
terinis monetis, aureis, argenteis, &
circumcidendis monetis probis, satis-
ficendo se talem statum tot annis
excusse. Confessarius tamen adver-
se perfex, ut quæ restitutio sit facienda, vel Prin-
tis, blas-
pi, vel Principis Nummulario, vel a-
litum fu-
us damnum passis, vel piis causis. Id
ordinaria-
tiam notet in prioribus casibus.

ue aliqui 3. QUÆRO. Quid agendum sit Cōfes-
ali modo sario, cum pœnitente, qui interrogatus de
violentia numero, dicit se non esse solitum in præce-
telle in-
tentibus confessionibus illum exprimere,
otant alii de hoc interrogari? An talis debeat
bere esse petere Confessiones præcedentes? Resp.
one, si ignoraverit hoc esse necessarium ex-
ndi am-
plicare ad integratatem & validita-
peccato-
dum confessio-
nem, non esse compellen-
dum ad repetitionem: sicut nec quan-
agnosci omisit aliquod peccatum mortale,
dicat se quod nō putabat nisi veniale. Tenetur
ibus ac-
erit si tamen tunc quantum potest, supplere
defectum, verisimilem numerum ex-
plicando. Adverte verò quando pœ-
nitentias de numero omisso in prioribus

H h 2 con-

confessionibus tacet, ignorans obligationem illum exprimendi, Confessorum non teneri eumdem hac de re interrogare, sed posse in bona fide relinquere, maxime si potius perturbationem timet, quam fructum sperret. Imò rustici qui bonâ fide purant se benè confessos, non sunt multum inquietandi, interrogando de aliquo præteritæ confessionis, nisi aliquid defensibile defuisse, manifestum sit. Nam etiam si quandoque confessiones fecerint materialiter non integras, propter bonam tamen fidem consentur formaliter integræ, & sic sufficienes.

4. *QUAERO. An qui ex oblivione, ignorantia, impræparatione culpabiliter omisit aliquod peccatum, teneatur repeatere confessionem tamquam invalidam?* Rep. quosdam Theologos distinguere ignorantiam sive negligentiam culpabilem, ut una sit exigua sive venialis, certum est illam non irritare confessionem. Altera est adeò gravis, ut vel homo directè eam velit, vel moraliter.

repu-

TRACTATUS V. 545

reputetur nullam voluisse diligentiam adhibere, & hæc dicitur affectata vel spina, redditque confessionem nullam; quia æquiparatur voluntariæ scientiæ aliquid omittendi. 3. est quædam ignorantia media, quæ quidem est culpabilis graviter & mortaliter, sed tamen non est per se intenta: Atq; ~~et~~ ^{de} hac est quorumdam sententia non probabilis, quod illa confessionem informem quidem faciat, sed non invalidam aut repetendam. Pro qua citatur apud *Filiuc. Sot. Canus Victoria, Gerson. Adrian. Henrig.* Et probari possit ratione: tum quia talis confessio est ex intentione dicentis *integra*, nihil enim omisit scienter, & habet voluntatem dicendi omnia; quæ committit adhibet etiam aliquam diligentiam, si non omnem quam deberet, ergo est formaliter *integra*: quia tamen est culpabilis mortaliter, ut supponimus, non erit sufficiens ad gratiam, & idèo informis; tum quia alioqui innumeræ confessiones repetendæ esset. Constat enim experientiâ, apud eos

Hh 3 qui

qui annuas sacerdotalium confessiones excipiunt non raro omitti multa peccata, & non adhiberi omnem eam diligentiam, quae opus esset, & saepè esse negligentiam culpabilem mortaliter: sed quia non agnoscitur ejusmodi negligentia, tales confessiones reputantur validæ, & satis est se accusare de negligentia. Quare si contraria sententia practicanda esset, reddereturonus Confessionis valde grave. Ita *Filiucius* asserens hanc sententiam esse probabilem, quamvis altera securior sit *Quod* notatum voluit propter anxieties, quae quandoque ob similia contingunt Confessariis, circa ponentes rudes & negligentes, quos difficile foret ad repertendas confessiones inducere, quia genii durioris. Circa quos potest uti Confessarius sententia favorabili Doctorum, quae probabilis habetur.

s. QUAERO. An qui præverecundia aliquid omittit, sciens quidem se male agere, sed nesciens confessionem non valere, tenetur omnia repetere, vel sola re-

si talis ignorantia sit inculpabilis (qualis fortè potest esse in aliquibus iusticis) probabiliter dici posse cum aliquibus, talem non teneri ad repetitionem confessionum; sed solum ad ippletionem omisorum, supposito uod talis si vere scivisset invalidam eddi confessionem suam, voluisset integrum facere. Vide *Profe, de pœnit. c. 7.*

28. Ordinariè autem cùm talis ignorantia non videatur inculpabilis, repetere debet confessio.

Hoc saltem hic notari debet, quod qui violenter reliquit peccatum morale, & ideo tenetur confessionem repetere; si postea hujus rei oblitus, constetur bona fide peccata, quæ fecit, validas esse illas confessiones, nec ad tarum repetitionem teneri; sed sufficiere illam priorem repetere & supplerere. Ita Em. Sà. cum multis aliis. Adde, cùm confessio apud eundem Confessarium iteratur, non esse opus repetere peccata specialiter jam ei dicta, sed id solum quod confessioni defuit, si modò Confessarius notitiam

Hh 4 ali-

aliquam adhuc habeat status ex precidente confessione, etiam in confuso,
Sic communiter tradunt Theologi.

6. QUAERO. *An quandoque voluntariè possit aliquod peccatum omitti in confessiones?* Resp. posse, si justè & probabilitè metuatur, ob alicujus peccati confessionem, revelatio illius, velodium & inimicitia, vel pudicitia sollicitatio, vel aliud temporale damnum. Confessio enim tunc censetur formliter integra, quamvis materialiter liquid ei desit, ob justam causam tacitum, in oportunitate alterius Confessarii supplendum.

7. QUAERO. *An possit dimidiari confessio ob magnum concursum prementium pro confessione?* Resp non posse: nec Confessario est liberum confitentes ita urgere ad expediendum, ut non sinat eos detegere integrè suam conscientiam, vel ut omittat juvare interrogationibus necessariis. Ratio est, quia integritas confessionis est de precepto Christi, ut exprimit Trident. à quo precepto concursus pœnitentium non

exclu-

excusar, nisi sit conjunctus eum gravi necessitate; qualis contingit in conflitu belli, aut in naufragio, aut in simili periculo. In concursu tamen multorum, sit Confessarius solum sollicitus de mortalibus, aut gravioribus venialibus, reliqua curet dici verbo generali.

8. QUAERO. An ager debeat absolviri, qui unum tantum peccatum exprimit, vel tantum signa dat attritionis, vel vocavit Sacerdotem pro confessione, postea nequit vel signo confiteri? Resp. debere absolviri, ita enim habet Rit. Rom. iussu Pauli V. editum in Tit. De ordine ministrandi Sacramentum Pœnitentia. Verba sunt ista: Si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela agrum deficiat, nubibus & signis, quo ad ihesu fieri poterit, peccata pœnitentis conetur cognoscere. Quibus utcumque vel in genere, vel in specie coguitis, vel etiam si confitendi desiderium, sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est. Hæc ibi. Ex quibus patet resolutio ad questionem propositam; quod si adhuc ali-

Klh 5

cxi

350 RESOL. PASTORAL.

cui dubio locus sit apud Confessarium non obstantibus his satis claris verbis Ritualis Romani, saltem absolvat sub conditione. Si tu es capax, Ego te abservo, &c.

9. QUAERO. Quomodo debet intelligi, quod dicitur ad integratatem confessio-
nis requiri, ut dubia tamquam dubia
confiteamur, hoc enim scrupulos multos
nonnullis anxiis ingenerat? R. Hoc de-
bere intelligi, quando verè dubius &
suspensus quis manet, omnibus pru-
denter consideratis, ita ut in neutram
partem probabile judicium determi-
natè ferre nequeat; quod scilicet com-
miserit, vel non commiserit; quod sit,
vel non sit mortale; quod confessus an-
te a fuerit, vel non. Quare si probabili-
ter judicat se non commississe, vel non
esse mortale, vel se confessum fuisse,
non tenetur confiteri, etiamsi formi-
do de opposito remaneat. V. Dianam,
p. 5. tract. 14. resol. 113. Hoc sufficere de-
bet ad pacificandos scrupulosos.

Adde, quod is qui probabili ratione
deponit dubium quod habebat, an

TRACTATUS V. 551

esset lethale quod commisit, possit
accedere ad Eucharistiam sine confes-
sione, quia Tridentinum dicit præmit-
tendam, quando quis est sibi conscius
peccati mortaljs. Talis autem non est
conscius.

C A P U T IV.

De complici & Sigillo confessionis.

QUAERO. An liceat in confessio-
ne detegere complicem, sive fo-
tium criminis? Resp. ordinariè non
licere, & id facere sine justa causa,
ex suo genere esse peccatum morta-
le, ut communiter censem Theolo-
gi. Ratio est, quia licet maneat hoc
sub sigillo, tamen potest generare o-
pinionem sinistram in sacerdote; un-
de se detegi etiam coram discreto Sa-
cerdote, grave sibi existimat peccati
locus, & estimationabiliter invitus,
cum id nullâ urgente causa sit, aliter-
que confessio facile fieri potest. Di-
xi, ex genere suo esse mortale, nam
ob levitatem materiæ, vel ob inad-
vertentiam, vel ob conscientis simpli-
citudinem, exigua sœpe est culpa. Sic in

H h 6 muli-

mulierculis contingit, quæ putantes se bene confiteri, maritorum, famulorum, filiorum, vel aliorum domesticorum defectus enarrant, jurgia, lites convitia. Dixi etiam, *sine justa causa*, quia cùm causa est legitima & fit sine intentione infamandi, ob aliquod benum, potest esse licitum, nec censetur esse detractio formalis, nec alter rationabiliter invitius. Unde generaliter non video, cur non licet aperire in confessione, quod extrâ liceret. Atqui frequenter licet peccantes vel ad peccatum inducentes Parocho deferre, in ordine admonitionem & correctionem, vel ut de similibus interrogentur in confessione ad emendationem: ergo etiam licet in ipsa confessione. Tunc enim majori obligatione secreti tenetur Confessarius: & si de his agat cum illa persona, eam vel interrogando, vel monendo, debet ita se gerere, ut non colligate ex confessione alterius procedere.

2. QUAERO. *An si non possit aliter patiens explicare peccatum, quam dante notio-*

utantes
famulo-
omesti-
gia, lites
a causa,
fit fine
od be-
ensetur
ter ra-
eraliter
erire in
Atqui
ad pec-
eferre,
corre-
nterro.
datio-
confel-
atione
& si de-
velin-
etica se-
ssione
erpa-
dando
notiu

uitiam persone Confessario, possit dimi-
liare confessionem Ex. gr. Commisit
quis incestum cum sorore, nec potest id a-
mire Parochio, quia novit sororem. I-
am cognovit præpostorè uxorem, itaque
dia peccata confitebitur, sed istud reper-
ire cupit, donec ignotum Confessarium
beat. Commisit sodomitam cum fratre
& similia. Resp. 1. probabile esse posse
unc reticere, ut parcat famæ proximi,
imò teneri censem aliqui Theologi &
Canonistæ, inter quos Navarrus,
Resp. 2. non teneri, nisi aliud grave dā-
num personæ illi timeat: puta quod
impeditur a Confessario ad officium
vel beneficium aliquid consequen-
dum, aut à matrimonio quod sperat,
aut cum persona sit a finis Confessa-
tio, male ab eo tractabitur, & simi-
lia. Ratio verò cur ordinarie non
teneatur, est, quia cum aliter pec-
catum exprimi nequit, nisi cum per-
sonæ complicis notitia, censetur ille
jure suo cessisse illud committē ado,
quapropter sibi imputet, Deinde inte-
gritas confessionis videtur præpon-
derare

H h

derare

554 RESOL. PASTORAL.

derare erubescentiæ alicui, quam inde potest complex habere, quod ejus peccatum sciatur à Confessario sibi noto, qua notitia non potest uti Confessarius in ejus damnum.

Notæ verò cùm persona non est locia criminis, sed tantum objectum, nō licere ejus occultum peccatum detegere. Unde filius vel frater, qui voluit occidere Matrem vel sororem, ob adulterium, vel ei optavit mortem ob crimen aliquod, non potest id appearire; sed solum dicat id se fecisse ob aliquid quod sibi in ea graviter displicebat. Similiter maritus qui percussit graviter uxorem ob suspicionem violentam, quam habebat de ejus mala versatione, aut aliquo crimine, puta, quia invenit eam ebriam, non debet illud aperire; sufficit si dicat se gravem aliquid causam habuisse, & tamen modum excessisse vulnerando, aut læden-do. Et sic de similibus.

3. *QUAERO.* Quantum ad sigillum confessionis, an aliis præter Confessarium teneatur ad sigillum? R². teneri omnes, qui

qui ex confessione peccati notitiam
habent. Sic tenetur qui prope Confes-
sarium existens audit alterius confes-
sionem, eadem obligatione qua Con-
fessarius. Item ia quæ Sacerdos sacrile-
gus revelasset; teneretur etiam sigil-
lo. Unde hanc generalem regulam dant
Theologi: *Omnis notitia habita ex con-
fessione, sive mediata, sive immediate,
transit ad quemcumque sub eodem onere,
& manet sub sigillo.*

4. QUAERO. An violet sigillum, qui
legit alterius peccata in schedula, quam
scriptum pro confessione, & de illis loquitur?
Resp. non violare, quia tale scriptum
non est confessio sacramentalis, gra-
vissime tamen peccat talis contra na-
turale secretum.

Sed dices, quid si quis per chartam,
in qua legit, confiteatur, & alter præ-
sens, chartamque respiciens, legat alia
peccata? Resp. tunc teneri sigillo; quia
tunc Scriptura est proximum instru-
mentum, quo utitur pœnitens, ad con-
fessionem faciendam; unde idem vi-
detur ac si quis peccata audiret, dum
per

per interpretem Sacerdoti exponitur;
nam etiam ille ut instrumentum se
habet.

5. QUAERO. *Quomodo violetur sigilum?* Resp. violari posse, vel directe,
vel indirecte. Directe quidem, quando explicatur peccatum alicujus in
particulari etiam veniale, vel circum-
stantiae aliquae aperiuntur, quae con-
cernunt peccatum, & ad illud decla-
randum a penitente sunt propositz.
Immò omne id cuius explicatio one-
rosam aut odiosam confessionem red-
dere potest, censetur ad sigillum spe-
ctare. Indirecte vero violatur sigillum,
quando aliquid aperitur, ex quo potest
colligi, vel suspicio esse, aliquem pec-
casse, vel venialiter in specie, vel mor-
taliter in genere.

Hinc deducuntur resolutiones se-
quentes.

1. Peccat contra sigillum qui dicit
aliquem esse illegitimum, & non no-
vit nisi ex confessione, quia ei aperit
penitens ad explicandum suum pec-
catum.

2. Pec-

2. Peccat contra sigillum, qui dicit se pœnitentem talem noluisse absolvere. Quia inde solet colligi pec. mortalifuisse obnoxium: nisi aliud impedimentum afferat Sacerdos, quod non concernat peccatum puta quia agnoscit in progressu confessionis non esse sibi subditum.

3. Violat sigillum qui dicit: *Iste habebat casum reservatum.* Vel ex notitia confessionis, dicens: *Iste est malæ vite, perversa conscientia!*

4. Qui negat alicui Eucharistiam, vel non vult assistere matrimonio, ex scientia solum habita in confessione.

5. Si Sacerdos postquam in aliqua Parochia excepit confessiones, dicat plerosque pœnitentes se ibi invenisse adulteros. Hoc enim & suspicionem sèpè dat aliquarum personarum in particulari, & communitati etiam aliquā infamiam aspergit; unde reddit confessionem onerosam.

Quare adverte consultum esse, tam sacerdibus numquam de auditis in confessione sermones miscere, etiam

jam in genere: quia statim putant Confessarios semper memoria retinere suum peccata, & propter hæc se respici & despici. Nec etiam approbo, quod aliqui in Concione statim prædicent de auditis in confessione peccatis, maxime dum nimis specialiter fit; nam pœnitentes tacitè sibi peccata sua objiciunt, potestque inde onerosa vel odiosa confessio reddi. Sed & de auditis in confessione non potest cum pœnitente loqui Confessarius, nisi de ejus licentia. Nec notitia uti in ejus gravamen, de qua re latius Theologi paſſim in hac materia. Licet defectus contingisset in confessione, si neget pœnitens licentiam Confessario agendi secum ea de re, non potest Confessarius eo in vito loqui. Vide *Melderum tract. de sigill. c. i.* Quicquid dicat in contrarium hoc in casu *Suarez*, & eum secutus *Mercerus*, & nonnulli alii. Vide etiam *Dianam tract. de sigillo*.

6. Indirectè censetur violari sigillum, si ex multis qui eidem confitentur, unus præ aliis laudetur, dicendo:

Quam

Quantum ad hunc, sola venialia confituntur; comparationem enim faciendo cum aliis, datur intelligi quod alii graviora confiteantur. Dixi, si comparatio fiat cum aliis; nam si alicujus absolute incidat mentio, eum laudare nihil verat.

7. Omnis violatio sigilli, etiam de solo peccato veniali, censetur mortalis. Ex defectu tamen deliberationis, potest esse veniale, ut docet *Dom. Soro.* & alii.

8. Non est violatio sigilli dicere: *Iste suis scrupulis quotidie est mihi importunus.* Ratio est, quia tali modo loquendi, significatur potius quod pœnitens non habeat peccata. Tamen nec consultum est sic loqui, quia id ruborem potest afferre, & onerosum est pœnitenti.

APPENDIX.

De sigillo Confessionis.

Notent velim serio Pastores & Confessarii, tantam esse obligationem sacri sigilli confessionis, ut etiam plerique gravissimi Doctores asserant

serant nullâ ratione posse eos uti notitia confessionis in directione extrema, si vel minimum gravamen redunder indè in pœnitentem; & si ipse solus illud advertere possit, nec sit periculum quod peccatum ejus in aliorum veniat cognitionem. Ratio est, quia istud secretissimum & sacratissimum sigillum adeò strictè à Christo Sacramento huic annexum est, ut nullâ ratione onerosum vel odiosum pœnitentibus reddatur. In qua tamen rescimus quosdam Confessarios sat imprudenter se gerere. Ex hac generali assertione multi speciales casus resolvuntur in favorem pœnitentis, & ipsius Sacramenti, ne quis ab eo alienetur.

I. Si alicujus audiveris confessionem, non solum tibi non licet sine licentia pœnitentis loqui cum eo de auditis in confessione; sed etiam non licet austriorem te præbere, vel minus affabilem, aut familiarem. Nec potes eum monere extra confessionem de pœnitentia adimplenda. etiamsi advertas à te impositam non adimplere.

Ratio-

Ratio est, quia sic ipso factum peccatum
et exprobrari censetur, non sine gra-
mumne ipsius, & injuria in Sacramen-
tum redundantem.

2. Non licet Sacerdotibus inter se
colloqui de peccatis alicujus, etiam si
eundem pœnitentem audiverint de il-
lis in confessione: nisi forte det eis li-
centiam consultandi inter se ob spiri-
tualem suam utilitatem. Sic nec licet
Confessario loqui de peccatis quæ
quis confiteretur coram aliis necessitate
presius, ut fieri potest vel in prælio, vel
in naufragio, vel cum quis accepto vul-
nere debet coram Chirurgo medelam
adhibente, & aliis ministris confiteri.
Nec enim Confessarius potest postea
de his agere cum illis ipsis qui ea au-
dierunt; nec ipsi etiam inter se, quia te-
nentur ad sigillum, sicut & Confessa-
tius. Et quamvis non sit hic secreti re-
velatio, quandoquidem coram multis
hæc aperuerit; est tamen in gravamen
pœnitentis; & silentium debet ipsis in-
dicere religio Sacramenti.

3. Si confessarius audierit confes-
sionem,

sionem, & confitentem non absolvitur
ob indispositionem, & indignitatem,
non solum non potest dicere. Ego enim
non absolvi; sed etiam putant multi
cum teneri dare schedulam testem
confessionis, si hoc urgeat pœnitens.
Sic contingere potest quando vel dis-
cipuli suis magistris, vel famulis suis
heris vel Religiosi suis Superiorib.
nentur referre testimonium suæ con-
fessionis. Negando enim posset al-
quo modo prodere sigillum & peccatorem;
dando autem non mentitus,
quia tantum testatur esse confessus
quod verum est. Et si quidem coram
aliis confessus est, & coram ipsis petit
testimonium, certum est nullatenus
posse ei negari, quia ingeneraretur su-
spicio, quod non fuisset absolutus. Si
autem Confessarius excepit confes-
sionem alicujus publici peccatoris,
putaturis, aut meretricis, non potest
dicere: *Ille maxima cum contritione*
confessus est mihi sua furtæ; & illa mer-
tricias suas fordes: quia licet hæc pecca-
ta aliis sint nota, & hoc videatur tan-

tum

TRACTATUS V. 563

tum dicere in laudem confessionis & contritionis eorum : tamen quia hoc speciale tangit peccatum, & per hoc etiam confirmantur audientes in scientia quam habebant de ejus delictis, est contra sigillum; nisi forte confitens licentiam dederit, ut peccatum suum propaletur, & contritio junctim, ad bonum exemplum aliorum & reparationem scandali. Potest tamen generaliter dicere de publico peccatore: *ille mihi confessus est peccata sua cum lacrymis.* Et de latrone ob crima suspicio: *Ille bene confessus est, & credo bene mortuum.* Quia nihil hic in speciali tangitur de ejus peccatis; quæ, & qualia sint: & licet audiens inde colligatur latrocinia vel furta esse confessum, id tamen non sit ex vi verborum Confessarii, sed ex alia scientia publica delictorum ejus.

4. Si Pastor habet ancillam vel famulum, & ex sola scientia confessionis sciat furtum fieri ab eis in reb. domesticas; non potest illos dimittere; immo nec extraordinario modo res suas custodire,

dire, si hac ratione tacite eis censetur peccatum exprobrari; hoc enim & onerosum esset & odiosum, redundans in injuriam ipsius sigilli & Sacramenti.

5. Si Superior novit ex sola confessione peccatum inferioris, non potest eum amovere ab officio etiam ad nutum amovibili; nec suffragium ei negare in electione ad officium vel beneficium, aut promotione ad honores communes; nec negare ei licentiam excundi è domo, nec murum Monasterii altius erigere, nec custodes adhibere ad eum deprehendendum, & similia, quæ in gravamen redundant pœnitentis, & in odium confessionis. Quod si licentia ab eo petita fuerit pro absolvendo casu reservato, & ille explicatus ei fuerit ad hunc finem, tenetur sigillo; quia id factum est in ordine ad confessionem, eò quòd clavium auctoritate fulget, quarum potest inferiori Confessario dare participationem, & quidem talem participationem, ut in foro interno deleget potestatem absolvendi. Non minus

ergo

TRACTATUS V. 165

ergo quām Confessarius tenetur re sibi
ad hunc effectum detecta, quia Iudex
est in hoc foro sacramentali & sigilla-
to. Immo censetur violatio sigilli, si
quis dicat Confessarius, aut Superior
ie Conventu aliquo Religioso, Visi-
atori, vel Provinciali: *Sepè in hoc Con-*
ventu petitur licentia absolvendi à re-
servatis, Quia hoc redundat in grava-
men Communitatis, & alienare potest
confessione, vel cius libertate, con-
fidentes.

Præclarum est decretum Claudii
Aquaviva Generalis Parrum Soc. sic
illis præscribentis. Anno 1590. Tamet-
si non desunt Doctores qui sentiunt sal-
vo Sacramentali Sigillo confessionis
iustis de causis licere nonnunquam
Confessario (quando id fieri potest si-
ne ulla revelata confessionis suspicio-
ne) uti extra confessionem notitia per
confessionem habita, tamen quoniam
hac doctrina & eam exigit in tanta re-
circumpectionem, quam servare diffi-
cile sit: & interim posset aliquando re-
tardare subditorum libertatem, quam

I i bae-

hujus fori sanctitas, & nostra Societatis institutum requirunt in se ipsis rebusque suis Confessario aperie ndis. Idecirco visum est nobis in Domino statuimus, sicut & severè statuimus, pro reverentia, qua semper Societas nostra colitur, hujus Sacramenti inviolabile sigillum & libertatem, ut omnes superiores diligenter caveant ne ipsi vel nostrorum liquis supra dictam doctrinam, usquam introducant nec illam publicè aut privatim doceant, nec ea utantur ullo modo, nisi forte de pœnitentis licentia. Si illa possit in omnibus prorsus casibus ita se noscere gerant Confessarii, ac si in confessione nihil penitus audivissent; sibique persuadeant, ut humanarum rerum regimen ab hac Sacramento longissime distat, et debere nullatenus ab eo pendere. Proclarum sane monitum, quod utinam non solum illi, sed & omnes Confessarii, & Superiores perfecte observarent.

Certè Superioribus Regularib. Ch. mens. 8. id præcepit strictè ann. 1594. in conf. hæc verba: Tam Superiores pro tempore, &

L.
& Societas
e ipsis n-
adis. Idcir-
o statuim-
o reveren-
stra coluntur
e sigillum
iores dilig-
trorum
z, usquam
è aut p-
r. ultim-
tia. Si
z se n-
e ssione ni-
ue persua-
d. utinam
Confel-
obser-
arib. Cl-
1.1594-
o temp-
et.
T R A C T A T U S V. 567

existentes, quām confessarii qui ad Superioritatis gradū postea fuerint promoti, caueant diligentissime, ne eā notitiā quā de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur. Et quidem hoc decretum obligat sub peccato mortali passim tradunt Doctores. Et ex verbis Pontificis in fine sui decreti colligunt.

6. Non potest Confessarius declarata se poenitentiam impositam, si ex possit colligi grave saltem veniale se nō in confessione audisse; est enim indirecta tunc revelatio. Poenitens tamen potest suam poenitentiam aperire aliqui, quia non tenetur sigillo. Hoc intellige, si non redundet in aliquam iure. Pro hominiam vel irrisiōnē Confessio naturali.

7. Non potest Confessarius peccatum aperire in confessione auditum, si nequeat peccatum suum aliter in confessione confiteri, quin veniatur in notitiam personae quae ei confessus est, & peccati ipsius. Ratio est, quia

I I 2 **tunc**

tunc habet rationabilem causam tædi, magisque debet ponderari obser-
vatio sigilli, quam integritas materia-
lis confessionis: concurrentibusq; duo
bus præceptis incompatibilibus, sive
quorum utrumque simul non potest
observari, cessat minus. Certum autem
est, quod frequenter liceat ex rationa-
bilis causis facere confessionem non
integralis materialiter: numquam au-
tem licet violare sigillum, etiam pre-
cipiente Pontifice, aut etiamsi periret
tota Respublica, totus vel orbis. Hinc
non potest qui in confessione audivit
prodigionem civitatis Magistratui in-
dicare, ut advigilent sibi, si vel in suspi-
cionem venire possit confitens.

Quod si accesserit, aliquis non ut
confiteretur sacramentaliter, sed util-
luderet Confessarium, vel ut illum in
criminis societatem protraheret, vel
ut ejus bursam furto subdolo eriperet,
& id certis constet indiciis, non teo-
retur ad sigillum, quia hæc confessio
cta esset, non sacramentalis, ne quidem
inchoativè. Si tamen veniret quis ut si
accusa-

accusaret tamquam Sacerdoti, & re-
medium sibi quereret in ordine ad sa-
lutem, licet postea non veniretur, no-
n habere propositum non peccandi, vel
aliter omnino esse incapax absolutio-
nis, tamen tenetur ad sigillum Sacer-
dos, quia sufficit esse sacramentalem
confessionem inchoatè.

8. Etiam si pœnitens daret licen-
tiam revelandi complicem, cuius pec-
catum debuit aperire in confessione,
nonnulli putant id non licere Con-
fessario; quia sigillum non solum est
in favorem pœnitentis, sed etiam
in favorem complicis, si ejus pecca-
tum debuit ab altero aperiri in con-
fessione. Et ita ejus etiam licentia
requireretur. Ita Vasquez cum non-
nullis. Et adverte, quod non potest
Confessarius à pœnitente extorquere
complicem in ordine ad illius corre-
ctionem vel monitionem, ut fusè, &
perdoctè declarat *Malderus cap. 17. de*
Sigillo. Non potest ergo illum prode-
ce pœnitens, nisi quartenus est necef-
sarium ad explicationem sui peccati;

Ii 3 & tunc

& tunc utriusque peccatum sigillo
clauditur.

Nota ex S.Thoma, & Doctoribus pa-
sim cum hoc Sacramentum non de-
beat reddi nimis onerosum, nec etiam
odiosum pœnitenti, ordinariè teneri
Pastorem ad dandam licentiā sibi sub-
ditis illam petentibus, ut confiteantur
approbatis & idoneis Sacerdotibus.
Unde illi qui sunt nimis solliciti, ut
conscientias per subditorum confes-
siones sciant, & difficiles planè se exhi-
bent ad dandam facultatem alteri quā
sibi, multis damnationis laqueum inji-
ciunt, & per consequens sibi ipsis: quia
multi sunt adeo infirmi, ut potius di-
midient confessiones, vel nullas effi-
ciant, quam tali vel tali Sacerdoti co-
fiteantur. Licet ergo quandoque malis
alicujus occasio oriri possit ob licen-
tiam datam; per eam tamen multò ma-
joribus malis occurritur. Videri potest
Navarr. ad Cap. Placuit.

Imò ulterius notent Pastores hacin-
re morosi, quod S.Thom. in Supple-
mento dicat satis esse, si pœnitens af-
ferat

sigillo
terat se rationabilem causam habere,
us pas- nec tenetur in particulari explicare,
on de- quia forte tangit Pastorem ipsum, vel
etiam in conjuncta est cum peccato, ut non
teneri possit explicari sine illo.

oi sub- Nec desunt Doctores dicentes suf-
ceantur cere, quod licentia sit petita, licet non
otibus. obtenta, ut alteri approbato & idoneo
tei, ut validè confiteatur pœnitens.

CAPVT V.

De peccatis reservatis.

QUAERO. *An sint aliqui casus re- servati Pontifici?* Resp. nullos esse, nisi quibus adjuncta est excom- municatio, vel censura reservata. Ta- les sunt excommunicationes, quæ in Bulla Cœna exprimuntur Extra illam autem Bullam multæ ab Auctoribus enumerantur, sed tantum tres autem quatuor usui Confessariis his in patri- bus esse solent. *Prima de percussori- bus Clericorum, Cap. Si quis suadente.*
2. De Simoniacis realibus vel con- fidentialibus Extrav. Cùm detestabile.
Pius V. Intolerabilis 3. de com- nitten- tibus duellum, vel ad illud favorem

Ii 4. danti.

dantibus, Clemens 8. Illius vices. de
ingredientibus Monasteria Monialium,
vel Monachorum. Greg. 13. constitu-
tione, *unigratia* 36. de qua in praxi
consulenda sunt instituta particularia
cujusque Religionis, & quænam clau-
sura ibi servetur.

2. QUAERO. Quænam possint excu-
fare ab his excommunicationis reservatiis?
Resp. 1. non incurri, nisi ob peccatum
mortale, adjuncta contumacia, id
est, inobedientia contra Ecclesiam.
Resp. 2. excusare ab illis ignorantiam
probabilem, scilicet, quod talis actio
cui adjuncta est censura esset peccatum
grave, vel quod foret prohibita ab Ec-
clesia sub tali censura. Hinc infero,
cum passim multæ Decretales excom-
municationes continent, ignotæ sint
plerosque eas non incurrere, licet peccata,
quibus excommunicatio anne-
ctitur, committant; quia nec easte-
nentur scire, cum Iurisperiti aut
Theologici esse non obligentur, nec
liunde de excommunicationibus illis
audierint.

Quo-

Quoniam verò excommunicatio
duellantes concernens, ignota esse ne-
quit. maxime in nostra Diœcesi Leodien-
sib[is] ubi singuli Pastores jussi sunt Clem.
Bullam publicare in Ecclesia, eam-
que explicare: & quia nihilominus
requentes difficultates ob eam oc-
currunt, pauca hic pro Confessariis
ubiciemus. Bullam vero Clementis 8.
inuenient tract. nostro super p[re]cepto
Decalogi.

3. Quaero igitur. Quanam persona
ullam excommunicationem reservatam
incurrant? Resp. I. ultra ipsos duellan-
tes, etiam incurrere in eam locorum
Dominos, Magistratus, & alios offi-
carios, permittent, vel non prohibe-
bentes illud quoad in ipsis est, vel
post admissum concedentes veniam,
& impunitatem. 2. dictantes & ma-
nifesta componentes, sive suo, sive no-
mine alieno, scribentes, mittentes,
deferentes, divulgantes, affigentes,
exemplantes, imprimentes typis,
subscribentes, intimantes, vel etiam
verbo denunciantes, seu attestantes,

Tertio

Quo-

Tertiè, consilium, operam, vel favore
præstantes ad hæc scribenda, dictan-
da, deferenda, divulganda, vel quoque
modo sese immiscentes; etiam si pa-
gna, nec accessus ad eam, nec provo-
catio expressa secuta fuerit, nec mani-
festa prodierint in publicum, si per eos
non steterit quominus publicatio vel
denunciatio fieret: *Quarto*, consilium
vel favorem ad duellum, equos, arma,
commeatus præbentes, aut comitan-
tes, aut ex industria spectatores.

4. *QUAERO. Quid sit propriæ duellum*
Resp. esse pugnam duorum ex condi-
cto: sive singulare certamen ab una
que parte ex conventione spontanea
susceptum. Hinc non vocatur duellū
pugna illa quæ concitatur ex subita i-
ra, vel saltem non ex mutua conven-
tione, interposito aliquo tempore, in-
ter contentionem & pugnam, sed vo-
catur rixa. Neq; etiam comprehendi-
tur sub duello pugna illa, quæ fieret
ob necessariam sui defensionem, De-
bet quoq; fieri pugna instrumētis pe-
riculū occisionis, vel mutilationis in-

vol-

volventibus: quapropter concertatio,
quæ sit inter juvenes pugnæ, vel inter
mulieres capillorum evulsione, non
solet vocari duellum. Licet verò pro-
priissimè duellum (sive Græcè Mono-
machia) sit pugna unius cum altero si-
ve singulare certamen; si tamen sint
plures, puta duo vel tres hinc inde etiā
duellū censerur & excommunicatio in-
currit expressa in Bulla *Clementis 8.*
Ex his resolvuntur casus sequentes.

1. Si quis occurrenti sibi, & provo-
canti ad pugnam, eductoque gladio
mortem minitanti, alter acceptet &
pugnet statim, & sine interposito tem-
pore, non incurrit excommunicatio-
nem: tum quia non censetur duellum,
sive certamen, ex condicto, cum mora
non intercesserit inter pugnam &
conventionem, tum quia cum alter
sit in actu aggressionis, censetur po-
tius defensio, quam duellum. Idem di-
cendum, si quis cogatur per alterum
metu mortis certo imminentis, ad su-
cipiendum cum aliquo alio duellum:
quia tunc etiam illa pugna censeretur

quæ-

quædam defensio necessaria propria
vitæ.

2. Si duo exortâ in domo rixâ, ex
conventione in viam vel forum vicinum
exeant, è vestigio prosequentes in-
cho itam rixam, & quasi continuatâ
actione egressi illam perficientes, con-
sebitur rixa & quæstio potius exorta,
quam duellum sive certamen ex con-
dicto; & censebitur magis ex imperio
quodam perdurante suscepta, quam
hinc inde perfectè deliberata: quod vi-
detur requiri, ut in hac materia odio-
sa & pœnali dicatur ex condicto sive
ex conventione.

Hinc communi usu non videntur
vocare duellum, nisi pugnam, quæ fit
(ut gallicè dicimus) à froid. sang. sive
quæ initur deliberatè frigido jam & le quia
temperato sanguine, sive cholera.

3. Est priori non absimilis, si duoi-
vicem contendant, quorum alter qui nam, ad
non habet ensim, in domum pro-
priam properat, & dicit expecta me, de-
nec arma ut tu habuero, sicque redire
& pugnet, dubium esse potest, an noster cor-

sit duellum, quandoquidem videatur
esse conventio, dicere ipso *expecta me*,
vel altero dicente: *Vade & fer gladium*
nunc; nolo te aggredi proditorie & in-
armatum. Videtur quoque tempus in-
tervenire inter primam contentionem
& pugnam jam conventam, per recessum
alterius, & redditum. Ita quidam
entiunt, sed hoc mihi satis durum vi-
letur; sic enim omnes ferè rixæ & pu-
gnae rusticorum nostrorum (quæ fre-
quentes sunt inter juvenes dissolutos)
nulla censebuntur excommunicatio-
nibus, Solèt enim hi modò inter
choreas, modò inter pocula, modò in-
ter lusus chartarum, à verbis injuriosis
incipere; vel pugnis sese mutuo per-
mutare, sive poculis & vitris: ac dein-
la quia impediuntur, provocant se
mutuo, ut uterque ferat gladium; ex
quo primo impetu proruunt ad pu-
gnam, ad gladios currunt, & statim
procedunt. Licet igitur quædam hic con-
ventione, & provocatio videatur in-
tervenire, ac etiam tempus aliquod
an nullatenus conventionem & pugnam inter-

Kk

cedet

578 RESOL.PASTORAL.

cedere: moraliter tamen re considerata, videtur prioris rixæ prosecutio, & continuata quædam actio præcedentis quæstionis exorræ, cuius impetus perseverat. Sicque videtur posse excusari ratione duelli illius rigorosi, in quo fulminatur gravissima illa excommunicationis pœna. Favere posset Gregor. 13. in Bulla sua, quam extendit Clemens 8. Licet enim ipse pœnas extendat adversus omnes non solum qui publice & solenniter duella ineunt, provocatoriis litteris præcedentibus. Parricis, sive sociis, & spectatoribus vocatis, sed etiam adversus eos, qui privatim duella ineunt, tamen addit: *Si ex condicione, statuto tempore & in loco convenienti, monomachiam commiserint.* Hic autem non videtur statui tempus, aut particulariter locus, sed cum ferveat adhuc inchoatæ rixæ furor, non nisi instrumenta quæruntur ad persequendam rixam: & ideo in ipso eodem tempore, ubi sibi occurront, etiam locum fere solent arripere quemlibet hic & nunc oportunum.

4. Aliud

4. Aliud judicandum est, si inter tales conventum sit, quod intra tot horas comparere debeant, tali loco, &c. Sicq; convenientes pugnarint, aut locum accesserint, licet nullæ aliæ solennitates, aut cæremoniæ adhibitæ sint. Non enim est solum prohibitum sub excommunicatione solemne duellum & publicum: sed & privatum, sine patriniis, sine sociis, sine litteris provocatoriis, ut jam dixi ex Greg. 13.

5. Si quis casu in loco ubi duellum committitur, præsens sit, illudque spectet, non censetur excommunicatus: quia requirit Bulla, ut sit spectator ex industria, sive illic procedens & comitans ad spectandum. Gregorius 13. dicit ex *composito spectatores excommunicari, sive ex condicto comitantes ad spectandum.*

6. Novissime rogatus est à Nobili ad duellum abeunte juvenis quidā, quatenus ferret litteras ad amicum; sed in illis simul charta provocatoria inscriebatur, mittenda ulterius ad alterum, qui provocabatur. Juvenis non

ignorans de illa chartula, quærit ex-
cusationem, dicens se vereri excom-
municationem. Nobilis hunc timore
excudit, addens nihil ea de re timen-
dum, quandoquidem ipse provocato
non sit insinuat̄rus, sed solum delatu-
rus litteras ad amicum. Viderit autem
ille amicus, aut alius qui insinuat̄rus
est, an id debeat timere; hoc autem
psum litteras amicas deferentem non
concernere. Sic nihil sibi dubiæ con-
scientiæ ulterius formas literas deferit
imò in ea urbe; ad quam profectus e-
rat, occasionem Confessarii naētus, a-
pud Patrem Societatis de peccatis suis
ordinariis confitetur; hujus rei autem
nullam mutationem facit, quia nullam
sibi ea de re conscientiæ reprehensi-
onem habet. Postea audiens multos in-
volvi excommunicationibus ob in-
gōrium duellantium, consultit me.
Quaritur ergo, an talis excommunicatus
fit, & à quo possit absolvī? Resp. I. ex vi
Bullæ Clementis talem excommuni-
cari, quia ibi excommunicantur non
solum litteras deferentes provocato-

TRACTATUS V.

581

xias, sed & quomodolibet sese immis-
centes, aut operam & favorem ad illas
deferendas exhibentes. Resp. 2. potuif
se tamen excusari ob ignorantia, quia
licet excommunicatio duellantium
non possit ignorari, post publicationem
jam factam ; particularitates tamen
hæ, de litteras aliquas deferentibus,
maxime si non deferantur ad eum qui
provocatur, possunt ignorari ; & iste
bonâ fide, aliquid solùm lucri captans,
pro nuda delatione litterarum, nō pu-
tavit hoc esse, sese de duello intermis-
cere: cuius bonam fidem probat, quod
nec in confessione hoc putarit expli-
candum, nec conscientiae de eo remor-
sum tunc habuerit. Resp. 3. licet ille di-
catur non satis excusatus ob ignoran-
tiæ, aut ob bonam fidem, quia non
debebat credere nobili dicenti sibi nō
timendum ab excommunicatione: ta-
men potuit Confessarius secundus eū
absolvere, puta Pastor suus, licet non
haberet auctoritatem à reservatis Pa-
pæ. Qui jam per priorem Confessariū,
qui habebat auctoritatem, censetur

Kk 3

quia

sublata reservatio & excommunicatio
quia absolvit ab excommunicatione,
quantum potuit, & hic indigebat, an-
tequam absolveret à peccatis.

CAP.VI *De casibus Episcopo reservati.*

PArticulariter tractabo hic de Cas-
bus Episcopo nostro reservatis
quia ferè complectuntur eos qui in
Diœcesibus aliis reservari solent. De
his copiosè & eruditè librum edidit
R. D. Io. Chapeauville Leodii quondam
Generalis Vicarius, ego brevitati con-
sulens, quæ magis necessaria ad eorum
intellectum videntur, paucis edisse-
ram: & aliqua addam ab illis quas tra-
dit dissentientia, non carpens ejus do-
ctrinam: sed quia doctrinæ & opinio-
ni nunc receptæ Theologorum viden-
tur magis consona.

1. Qui Episcopo reservatus num-
ratur, est hæresis, sed solet reservari
Pontifici in Bulla Cænæ in prima ex-
communicatione. Ideoque sine spe-
ciali Pontificis indulto, non licet ab-
solvere ab hæresi: sicut nec eos qui
hæreticorum libros legunt. Hæc por-

TRACTATUS V. 583

io specialis licentia impetrata est Pa-
storibus Diœcesis Leodiensis, per gene-
ralem illius Vicarium, & data pro qua-
tuor annis ab anno 1626, in Octob. nu-
merandis; ut quisque suos possit ab-
solvere etiam hæreticos, si modò non
relapsos, aut in questiis involutos.

Quantum ad legentes libros hære-
ticos aut eos retinentes, illi etiam ex-
communicati sunt per Bullam Cænæ;
non tamen audientes legi, aut audien-
tes conciones eorum, quod aliqui non
adyvertunt. Stricte enim verba Bullæ
intelligenda sunt Vide Navarr. Filiu-
m, & alios hanc excommunicatio-
nem, & personas in ea comprehensas,
latius explicantes. Continentur enim
in ea non solum legentes libros hære-
ticos, sed & hæreticorum receptrato-
res, fautores, defensores; atq; etiam li-
bros hæreticos penes se retinentes.
Quod intelligendum est de iis, qui eos
etiam retinent, nec legere volunt, nec
aliis accommodare ad legendum, imo
etiam si ipsi illiterati sint. Tenentur e-
nam ad eos comurendos, vel deferen-

Kk 4 dos

584 RESOL. PASTORAL.
dos inquisitoribus , vel tradendis
qui habent facultatem eos legendi,
vel retinendi. Ratio est, quia secundum
proprietatem verborum , illos ren-
nent; nec lex destinguit de intelligenti-
bus , aut non intelligentibus. Et con-
firmatur , quia etsi ex eorum lectione
ipsi infici non possunt, quia non intel-
ligunt, attamen alii possunt, & per ac-
cidens est, si non incidenter in eorum
manus. Ita Filiucius.

2. Reservatus dicitur *Apostasia*. Et
autem illa triplex, à fide, à religione
ab ordine. Prima reservatur Pontifici
sicut & hæresis, à qua destinguitur
quod sit defectio ex toto à fide, ipsam
etiam Christum, Auctorem fidei & o-
mnium credendorum, denegando. Se-
cunda, cùm quis desererit religionem
approbatam, ut in sæculo vivat, & suz
libertati indulgeat, reservatur Pontifi-
ci vel superioribus Religionum Ter-
tia, ab ordine dicitur, cum Clericus in
sacris , vel beneficiatus in minoribus
constitutus , deserit habitum clericalem
cum animo vivendi laicaliter. V.
Summ. verbo *Apost.*

TRACTATUS V. 585

3. *Est homicidium voluntarium.* Ut quis incurrat hunc casum, debet peccasse mortaliter. Vnde furiosus, mente captus, ebrius, licet occidat, non incurrit. Similiter, qui occidit, ut vitam suam, aut proximi tueatur, aut honorem suum, aut res etiam temporales servato moderamine inculpatæ tutelæ; Immo licet aliquantum illud excedat, si excessus non sit mortalis. De hac relate Theologi 22.q.64, Incurrit autem maritus, qui uxorem in adulterio deprehensam occidit, quia in foro poli homicida est, licet non ita censeatur in foro fori,

Quaritur verò: An qui mandat, & qui consulit homicidium, etiam casum reservatum incurrat, maximè si mandatum, aut consilium non revo- carit? Imò generaliter, an in sequen- tibus casibus reservatis mandantes & consulentes, comprehendantur; Af- firmat Chapeauville, rationem addens, quia statutum quo maleficium puni- tur, ligat etiam mandantes, & probat Bartholus in cap. Mulieres. Sed hoc ge-

Kk 5 nera-

neratim verum esse negant multi
Theologi, videri potest *Sánchez de*
matri monio diss. 49. Unde cùm hac
materia sit pænalis & odiosa, non de-
bet extendi ad illos, nisi ex verbis
servatis, aut aliundè constet. Quod et-
jam observant communiter Interpre-
tes, in casibus Bullæ Cænæ. Confirma-
tur, quia statuta pænalia condentes,
cùm tales volunt comprehendendi, solent
adjicere: *Qui consilium, auxilium, fa-*
vorem impenderit. &c. Item. qui per s.
vel per alium id facerit, &c. Dices: licet
in capitulo, *Si quis sicadente, solum ex-*
communicetur percutiens Clericum,
tamen consulens aut mandans etiam
censetur comprehendendi. Rz. Id aliquos
negare, inter quos Em. Sæ. Id tamen
conceditur à plerisque, sed nonum
ex vi illius capituli, quam quia dia-
jura, sive canonès eam extensionem
ei adjungunt. Colligitur enim id ei
capitulo *Mulieres de sent. excommu-*
nic. & ex capitulo, Cùm quis, eodem
tit. in 6. ubi etiam ampliatur ad eum,
qui ratam habet percussionem nomi-

ne suo factam. Non ergo inde genera-
liter oportet argumentari quod notá-
dum est ob hunc casum, & sequentes.

4. *Est injectionem manuum in parentes.*
 Ubi nota, nomine *manus* etiam *pedes*,
brachia, & alias corporis partes intel-
ligi, non enim exprimitur *manus*, ut
excludantur reliqua membra, sed quia
est instrumentum aptius, ad *percuti-*
endum. *Nota 2.* Nomine *injectionis*
non tantum intelligitur percussio, quæ
fiat manu aut pede immediate, vel per
baculum, *lapidem*, aliudve instru-
mentum: sed etiam quæcumque rea-
lis *injuria* *gravis*, in *corpus* *redu-*
nans; puta *detentio* *injuriosa* *per ve-*
stem, *aspersio aquæ*, *pulveris*, *sputi*,
&c. Ut explicant DD. *interpretantes*
Capitulum, *Si quis suadente diabolo*, *u-*
bi agitur de violenta injectione ma-
nuum in clericos. *Nota 3.* Nomine
parentum intelligi *Patrem & Matrem*,
Avum & Aviam, & superiores ascen-
dentes. *L. appellatione parentum*, *ff.* *de*
verborum significationibus. *Quæritur*
verò an nomine Patris & Matris. Avi &

Kk 6

Aviæ

Aviæ, hic non solum mei, sed & uxoris
meæ, intelligantur. Ita sentit *Io. Chapeauville*. Imò nomine Patris vitricū, &
nomine Matri novercam comprehen-
dit, quia hi eorum locum tenent, & of-
ficio funguntur. Sed hoc in dubium re-
vocari potest, quia casus reservatisti.
Etè sunt interpretandi, atque ita in du-
bio non præsumitur reservatio: lice-
ergo percussio horum gravis sit, & in
confessione explicanda, sicut etiam fra-
teris aut sororis percussio, avunculi aut
materteræ specificanda venit; non cen-
setur tamē adjuncta reservatio quam-
vis quandoq; lato vocabulo parentum
accipientur. Probabile etiam est, cum
qui mandat aut consulit parentem suū
percuti, non incurriere, ob rationem
dictā paulò suprà de homicidio, quod
est iterūm contra *Chapeauvillam*. Non
incurrir etiam ille qui verbis injurio-
sis, maledictis, minis, metu incusso,
parentem affigit, quia reservatio in-
telligitur de injuria reali in corpus
redundante. Non etiam is qui injicit
manus in Patrem fævientem, & sibi
mor-

mortem intentantem, si adhibeat moderamen inculpatæ tutelæ; hoc est si nihil agat, nisi quod necessarium est ad evadendum.

5. *Machinatio in morte conjugis.* Ubi per machinationem, non intelligitur sola voluntas moliens & volvens aliqua in alterius necem, sed debet in externum opus prodire, ita ut machinari hic propriè sit per dolum & astutiam, aut artem, sive ingenium malitiosum aliquid facere, quo mors conjugis sequatur. Hinc sequitur, illum qui uxorem verberat graviter, aut etiam vulnerat, non propriè hunc casum incurere: quia non censetur machinari, qui aperte & ut loquuntur Jurisperiti, de plano cum conjuge agit. Si quis tam cultrum, aut pugionem sub cervicali abscondat, quo illam dormientem jugulet, etiamsi postea non faciat, censetur machinari in ejus mortem. Item si miles ducat eam secum ad castra, vel loca hostium periculosa, eo animo ut occidatur. Item si quis uxorem valetudinariam continuò va*i*s

Kk 6 dive-

uxoris
. Chape-
ricū, &
prehen-
t, & of-
biumre-
vatistri-
ra indu-
o: licet
t, & in
tiām fra-
nculi aut
non cen-
quam-
irentum
st, eum
tem suū
ationem
o, quod
m. Non
injurio-
incusso,
atio in-
corpus
i injicit
& sibi
mor-

divexet modis, ut mortem ejus acerret. Est vero hic idem de uxore & marito judicium. Cæterum advertendum est; si maritus aut uxor machinerit in mortem uxorius, ut cum alia persona contrahat, quæ etiam huic machinationi cooperetur ad eundem finem, tunc oriri impedimentum dirimens respectu talis matrimonii: quod si maritus solus vel uxor, insciâ persona cu qua cupiunt jungi, id faciunt, jam nascitur impedimentum impediens contrahendum, sed non derimens contractum, c. Admonere 33. quæst. 2.

6. *Est veneficum.* Sumitur veneficum aliquando generaliter, ut significet idem quod maleficium, estque superstitionis species, quâ quis alteri nocet; inde sagas, & veneficas vocam' aliquando specialius, pro crimine quo quis veneno alium necat, aut ejus valetudinem offendit. Hoc posteriori modo hic accipitur, quia distinguitur contra maleficium & ligaturam. Hunc ergo casum incurunt, qui herbis venenatis, aut pharmacis, alterius necat.

aut

aut valetudinis læsionem procurant.
Videtur autem de facto sequi debere
læsio, ut peccatum sit reservatum, quia
reservatio solet intelligi de actu perfe-
ctè consummato.

7. *Est maleficium.* Est autem male-
ficum hic, supersticio, quâ quis alteri
nocet, quod commune est sagis & ma-
gis; ac juvenibus etiam quibusdam,
qui pacto quidam diabolico, Matri-
monii actum impediunt in noviter
conjugatis, de qua re vide quæ dixi
super primo præcepto. Hunc ergo ca-
sum incurruunt non solum sagæ, quæ
sub lecto, aut sub limine domorum
aut stabulorum, aliqua abscondunt ad
nocendum, vel dum grandines, ful-
gura, tonitrua procurant, ut segetes
lædant; sed etiam illi juvenes qui
philtrum vel poculum amatorium
propinant, ut amorem inordinatum
alicujus personæ attrahant. Atque et-
jam puellæ, quæ quandoque cibum
vel potum menstruis suis commixtum
juvenibus exhibent, adhunc effectum,
vel hunc, vel saltem præcedentem ca-
sum

sum incurruunt, si de facto læsio sequatur. Si iterum quæras hic, an qui hæc efficaciter cōsulunt, incurrant? Resp. ut suprà in aliis casibus, probabile est quod non. Quæ autem observanda sunt circa maleficiorum absolutionem, yā-pud Joan Chapeauvillam, utiliter pro his qui sagas, quæ ad mortem ducuntur, debent audire in Confessione, hæc docentem.

8. *Est incantatio.* Dicitur autem incantatio, cùm quis verbis aliquibus aliquid supra naturam agit. Fitq; duobus modis: *Primo*, verbis profanis expressam vel tacitam dæmonis invocationem continentibus. *Secundo*, verbis sacris, quibus superstitione miscentur; hoc autem multipliciter potest deprehendi. 1. Si adhibeantur dictiones nihil significantes, aut certè nihil ad propositum, aut nomina ignota, præsertim Angelorum. 2. Si miscentur falsa, ut quod Christus spasnum habuerit, vel febres, vel alia apochiphâ & incerta. 3. Si addantur certæ figuræ, circuli, characteres, præter s-

gnum

gnum Crucis. Item circumstantiæ nihil ad rem, v. g. debere esse scripta manu sinistrâ, vel in tali charta, aut tali die & hora 4. si ex verbis sacris expectetur aliquis effectus vanus. Nam Deus non operatur ad vana, sed potius Dæmon gaudens se rebus sacris honorari, 5. Si verbis clarè recitandis addantur alia, ad aurem hominis ægri vel bruti suggesta. Excusari autem quis posset, tum à reservatione, tum à mortali si nesciens esse dæmonis invocationem, putabat, se dare operam rei licet. Quod locum habet frequenter in idiotis, quamdiu non sunt moniti. Non incurrit etiam, qui adhibet medicamenta naturalia, puta herbas virtutem habentes ad sanitatem pecoris vel hominis, licet aliquas orationes certo numero recitet, cum aliqua superstitione, sive vana observantia, puta diminuendo numerum de die in diem. Non quidem vi præcisè harum orationum operari volunt tales, sed vi naturali herbarum, seu medicamentorum: orationes vero adjungunt tam-

tamquam rem Deo commendantis,
sed cum vana observantia. Tuncas-
tem non censetur propriè incantatio,
quamvis sit supersticio; sed non omnis
supersticio est reservata. Observandum
verò cum absolvitur aliquis his in-
cantationibus deditus, an non habeat
libros magicos, incantationes conti-
nentes, & quia illis retentis absolvitur,
debet. Observandum etiam an has in-
cantationes, vel maleficia non docue-
rit alios; quia debet hoc specificare, &
si possit, eos à similibus avertere tene-
tur: imò si malefici sint aut mali, su-
perioribus accusare. Observandum
denique an in pactis his cum dæmo-
ne, non habuerit errorem in mente;
puta credendo quod dæmon divinita-
tem habeat, quod Sacraenta nullius
sint efficaciarum, quod dæmonem ope-
reat adorare, quod res sacræ vel verba
vum habeant ad maleficia perficienda.
Nam his posset hæresis reservata Pon-
tifici immisceri, maximè si sit pertina-
cia adjuncta. Neque tamen statimo-
nes magi aut sagæ, quæ pactum ha-
ben-

uent cum dæmone, aut aburuntur Sa-
tramētis, aut dæmonem adorant, hæ-
resim incurrere judicantur: quia id fre-
quenter fit ex passione, & ut dæmoni
placeant, vel alia ex causa, non autem
ex errore intellectus in fide.

9. *Est procuratio abortus.* Est autem
procurare abortum, studiosè hoc age-
re, sive per se, sive per alium, ut fœ-
tus ex utro præmaturè ejiciatur;
quod fit variis modis, potionibus, me-
dicamentis, venenis percussionibus,
saltationibus, magnis itineribus, one-
ribus, vel laboribus gravibns mulieri
prægnanti impositis, & aliis modis
nobis incognitis. Incurritur verò hic
casus, sive fœtus sit formatus, sive in-
formis, sive animatus, sive inanimat^o.
Si tamen animatus fuerit fœtus, ho-
miciidū est, & incurritur irregularitas.
Incurritur quoq; ab omnibus illis, qui
huic rei cooperantur, mandando, con-
sulendo, inducendo, potionem confi-
tiendo, confectam proponēdo, &c. ita
ut plures personæ huic rei sese immi-
scentes, non solum peccēt mortaliter,
sed

596 RESOL.PASTORAL.

sed & involvantur casu hoc reservato.
Sic si contingat, quod Mater procurer
hoc per ancillam, ancilla per Medicum
& Pharmacopolam, omnes incurrit.
Debet autem de facto sequi abortus,
quia reservatur actus exterior cum
effectu. Incurrit etiam hunc casum tur
mulier, quæ experta est ex oneris ali- am or
cujus impositione se solitam abortum condit
pati: & vir qui ex gravi percussione uxor
oris prægnantis prævidere potestid
secuturum, quia censetur hi causa ab
ortus, ponentes enim actionem ex quod dili
sequi solet, licet non directè, tamen ei: &
indirectè illum abortum voluisse cononem
sentur. Adverte etiam olim, per Sixtū data,
Quintum hunc casum cum excommunica
nicatione annexa Summo Pont. fuisse solita,
reservatum, adjunctis gravissimis p-
nis; sed per successorem ejus Gregorii
14. in Bulla, Sedes Apostolica dicitur
quod quilibet Confessor ab ea possit
absolvere, modò sit deputatus specia
liter per loci Ordinarium. Unde han
excommunicationem Papa Episcop
reservat.

10. E

L. TRACTATUS V. 597
reservato. 10. Est oppressio prolis. Additur in qui-
r procuret usdam Diœcesibus etiam ignoranter
Medicum ~~fida~~. Sic enim habet Synodus Namur-
incurrent. ~~miss~~. Pro qua re nota ignorantiam di-
abortus, id in eam quæ invicibilis est, & ea
prior cum quæ vincibilis dicitur. Invicibilis di-
incasum tur, quando quis adhibet dilig-
onoris ali am omnē, quam prudentes spectata
nabortum conditione personarum locorum, &
cessioneu illis circumstantiis, adhibere solent,
e potest id hæc facit involuntarium. Alia dici-
i causa ab vincibilis, quando quis non adhi-
em ex qua diligenitiam quam potest & debe-
t, tamen potest & hæc licet aliquando minuat ra-
luisse censuram peccati, quando non est affe-
ctus per Sixtūdatā, non tamē tollit totaliter rationē
ex commu voluntarii. Censetur enim indirecte
ont. fuisse solita, quatenus homo negligit adhi-
ssimis p̄z. diligentiā, quam potest & debet;
s Gregorii per consequēs effectus etiam est in-
ca dicitur. directe volitus. Nota 2. in actionibus,
b ea possit quæ ex natura sua nō sunt periculosa,
tus specia sufficere adhibere diligētiā, quæ re-
Inde han gulariter ab omnibus adhiberi solet;
Episcop qui modo consueto pulsat campa-
am, non censetur reus negligentiae, si
illā

illâ cadente mors alicujus sequatur. In actionibus autē quæ ex sua natura periculum afferunt, non cēsetur quis adhibere sufficientem diligentiam, nisi pro ratione periculi, personarum, locorum, multam & variam adferat circumspēctionem. Sic in casu nostro, in eodem lecto secum collocare tenuerum infantem. opus est naturâ suâ periculum oppressionis continens: quia cùm dormientes non simus Domini actionum nostrarum, facile fieri potest ex agitatione brachiorum, pendulum, & corporis volutatione, ut infans suffocetur, cùm sibi cavere non posset. Itē facile ex lecto decidere potest, si angustus sit & altus. Hinc in tal casu, multam diligentiam adhibere opus est, & circumspēctionem, ut sufficientem quis dicatur adhibuisse. Debet enim prævidere num soleat agiri, num cubile sit angustū, & alia quæ causam suffocationis possunt præire. Unde secum collocare infantem, si omnes istæ circumstantiæ ad sint videtur mortale contra curam, quam

equatur. In tenentur jure divino & naturali de pro-
natura pe- libus Parentes habere. Ex his ergo fa-
ur quis ad- cis intelligitur, recte in aliquibus Dic-
ntiam, nisi cesibus reservari oppressionem etiam
narum, lo- gnoranter factam; quia facile contin-
adferat cir- git ignorantiam illam esse valde cul-
tu nostro, inabilem, ob multam circumspectio-
care tem- nem adhibendam. Alias si constat il-
lirâ suâ pe- am oppressionem esse tantum venia-
inens: qualem ob ignorantiam, etiam sequitur
us Domini non esse reservatam.

lè fieri po- Potrò hunc casum videntur incur-
orum, p- vere, qui proles ex fornicatione natas
one, ut in sylvis, agris, aut locis publicis ex-
cavere no- ponunt: si contingat eas à feris, porcis,
cidere po- canibus, aut frigore enecari: quia po-
Hinc in tal- terant & debebāt hoc periculum p-
dhibere o- idere. Aliud foret si in Hospitali pue-
n, ut suffi- torum eas deponant, aut tuto loco.
ouisle. De- lmo Cajet. & Armilla, v. *Adulterium*,
leat agit & Navarr c. 17. existimant eos in hoc
& alia que con peccare, quia talia Hospitalia ad
int p- loc sunt instituta. Tenentur tamen
fantem, ni Parentes, si divites sint, saltem secre-
ix adsint, & expensas solvete, & curare prolem
am, quan- tuo tempore instrui. Quod si quæ-
tenebas,

ras, an tales exposititii infantes habēdi sint pro illegitimis? Resp. probabile esse quod non; quodque tales possint se gerere pro legitimis etiam ad suscipiendos Ordines sine dispensatione? quia in dubio nemo jure suo privandus venit. Fieri autem potest, ut puer exponatur prōpter paupertatē parentum, qui à legitimis sit conjugibus. Et hæc est sententia multorum, quos refert, & sequitur Suarez, agens de irregularitate illegitimorum.

Quod autem Io. Chapeauville insinuat hunc casum incurrere nutrices pueros sibi commissos culpā vel negligentiā morali opprimentes, non certum, & negari potest, quamvis alterum casum quo reservatur homicidium, possint incurrere. Ratio est, quia oppressio prolis propriè videtur dici, quæ à Parente fit, hoc est; propriæ prolis enecatio seu suffocatio. Unde in aliis quibus Diœcēsibus (ut in Namurensi) explic. gratiā adjicitur hæc particula, Oppressio prolis à Parentibus facta.

II. Est stuprum seu violentia virginis refi-

TRACTATUS. V. 601

des habē-
robabile
es possint
ad susci-
tatione
o privan-
ut puer
atēm pa-
njugibus,
m, quos
ens de ir-
ville insi-
utrices
â vel ne-
s, non est
amvis al-
homici-
o est, quia
etur dici,
priæ pro-
ide in ali-
tmurcen-
particu-
facta.
z virginil
aeflo-

defloratio. Unde adverte hic stuprum non largè sumi, sed strictè, ut speciem constituit luxuriæ à reliquis distinctam. Esta autem sic propriè stuprum, quando fit violatio virginis, ipsâ omnino invitâ; ita ut dicat supra fornicationem injuriam in puellam, quâ per vim, integritas corporis ei adimetur. Differt à raptu, quod raptus vim includat, quâ puella abripitur à domo sua, vel paterna, & locum potest habere in corruptata; stuprum autem tantum in integra, potestque fieri sine omni raptu ut & raptus potest fieri sine violatione. Ex his patet non incurrere hunc casum, si virgo consentit, licet multis blanditiis, præcibusque importune sollicitata, atque etiam promissis allecta. Quod est contra id quod tradit Chapeauville, explicans hunc casum. Ratio est, quia non dicitur propriè & strictè defloratio violenta, quando solum preces, aut illecebræ, aut promissa interveniunt, quia tunc non est strictè loquendo vis, siue violentia vera. Aliud foret, si conjunctæ

L 1 fuerint

fuerint minæ, aut metus reverentialis: quia fortè urgebatur minaciter, cui ipsa subdita est tamquam Domino, aut Superiori, qui potest graviter nocere; tunc enim moraliter vis censetur. Vide de hac re *Less.de jure & just.L.2.c.10.* d.1. & 2. ubi etiam docet cum *Sot.* & aliis, cogitationes seu delectationes morosas in virgine, & in adolescente circa virginem, & si sint peccata mortalia non habere tamen specialem malitiam mortiferam supra alias delectationes morosas, nisi coniunctæ sint cum voluntate inferendæ violentiæ. Unde juvenes in confessione non tenentur dicere, cogitavi de virgine, dum delectarer in me carnaliter; & sic nec confessarius tenetur id interrogare. Multo minus tenetur puella delectationem passa, aperire quod non sit virgo: quia sic teneretur peccatum præcedens iterum aperire, quod tamen jam clavibus subjecit, hoc vero nimis onerosum foret.

Incurrere vero viderit hunc casum ille, qui sponsam de futuro ante matrimoni

trimonium ad copulam induxit, timore illi incusso per minas, quod nisi consentiret, aliam de facto duceret : quia tunc in jure censetur violentia ob memum incussum & minas.

Quæres, ad quid teneatur deflorator? Resp. si virgo liberè consensit, ad nihil tenetur, quia volenti non fit iniuria, nec tunc est propriè stuprum. Si vi, fraude, aut fallaci promissione sit inducta, tenetur primò ad conjugium, si promisit. 2. ad reparationem damni ex stupro, quantum æstimabitur arbitrio boni viri. 3. ad dotem, si judex ad id eum condemnarit. Vide latius *Less.* loco citato.

12. *Est raptus*. Dicitur autem raptus, ablatio quâ fœmina violenter, contra suam voluntatem aut illorum sub quorum potestate erat (v. g. Parentum, Curatoris, Sponsi) de uno loco trahitur ad alium, sive ad copulam tantum carnalem, sive etiam ad ducendum in uxorem. Hinc sequitur primò si puella sine vi, pretio, aut blanditis inducta: sequitur sollici-

Ll 2 tan-

rantem nescientibus parentibus, non esse propriè raptum. Sitamen vis adhibetur, licet ipsa non sit invita, sed tantum parentes quibus subest, tunc est verè raptus, & incurritur hic casus. Sequitur secundò, si vim virginis intulit, sed à loco non abduxit, non estraptus, sed stuprum, ut suprà dixi. Quod est iterum contra tradita à Chapeauville, sed communior sententia & verior distinctione ita tradit. Sequitur tertio non incurrire illum, qui virginem quam fibi per verba de futuro desponsavit, per vim abduxit è domo paterna, & rem cum ea habuit; si aliter non poterat eam habere, quia licet peccat deflorando, hoc tamen in jure non vocatur raptus, eò quod ex despoliatione aliquid juris ei competit, ut nouit D. Thomas & Theologi; sed de hac re plura in Tract. de Matrimonio, Hoc solum adverte, quod per Trident. Iudicior incurrat excommunicationem, sed nulli est reservata.

13. Est matrimonium contractum post votum castitatis, aut in gradu prohibiti
scienter;

TRACTATUS V. 605

scienter, vel priore uxore adhuc vivete;
Tres autem casus hic reservari cœlentur, sive tria peccata illicite contrahen-
tium matrimonium. Primò quidem, si
quis contrahat post votum castitatis,
idque intelligendum, sive simplex sit,
sive solemne, est enim utrobique gra-
ve peccatum. Quod si quis post votum
simplex castitatis contrahat, valet qui-
dem matrimonium, talis tamen non
potest petere debitum, nisi Episcopus
dispenset. Deinde mortuā uxore, non
potest aliam ducere sine dispensatio-
ne: quia votum non fuit sublatum per
matrimonium, sed solum ejus executio
ex aliqua parte impedita, quia teneba-
tur debitum reddere. Adde, quod qui
contrahit cum illa persona, quam scit
emisisse votum castitatis, etiam peccat
mortaliter, quia participat de peccato;
nō tamē privatur jure debitū exigēdi.

Porrō non incurrit hunc casum; qui
contraxit post votum non nubendi,
aut post votum ingrediendi Religio-
nem, vel Ordines Sacros suscipiendi.
In his enim omnibus licet peccatum

L 3 inter-

interveniat mortale, non est tamen
fractio voti castitatis: quia qui vovet
Religionem ingredi, aut Ordinem
Sacrum, non statim obligar se ad ca-
stitatem, aut alia onera talis status.
Quod si quis emiserit votum castita-
tis ante annos pubertatis, & dubitet,
an sufficientem habuerit usum ratio-
nis quando vovit; in tali casu judican-
dum esse pro pro parte voventis mul-
tarent cum Soto, atque ita talis cōtra-
bēns non incurreret hunc casum, se-
quendo opinionem probabilem.

Secundā hic reservatur, si quis con-
trahat matrimonium in gradu prohi-
bito scienter: Estque annexa excom-
municatio, si contrahatur in gradibus
prohibitis consanguinitatis vel affini-
tatis Clem. i. de consang. sed non est
reservata. *Quinam* autem sint gradus
prohibiti, explicantur in Tractatu de
Matrimonio.

3. *Reservatur* hic, si quis priore uxo-
re vivente, contrahat, scienter nim-
rum: quia contrahere ignoranter, eti-
am si ignorantia non sit omnino invi-

cipi-

cibilis ; excusat saltem adhunc effe-
ctum, ut quis nō subjaceat reservatio-
ni. Debet vero conjux, ut tutâ cōscien-
tiâ possit contrahere , sibi persuadere
mortem conjugis , non ex levibus
conjecturis, sed ex certis moraliter ar-
gumentis. Qualia esse solent in hac
materia. Primum, si afferatur certum
nuncium mortis. Secundum, si fama
est publica & communis. Tertium,
si subsint vehementia omnino indi-
cia , quæ faciant omnino probabilem
fidem Nec erit semper expectandum
post septem annos, ut videtur insinua-
re cap. in præsentia de Sponsalibus.
Hoc enim postea mitigatum est per
Innocentiū 3.c finali, ubi dicit Tamdi^e
alteruter conjugum expectetur, donec de
ejus obitu verisimiliter præsumatur. I-
taque sufficiunt indicia verisimilem
fidem facientia & in hac stari potest
prudentium arbitrio, Pastoris, Confes-
sarii, & similium.

Quæres , cùm hic expressa mentio
fiat de viro aliam uxorem ducente, an
reservetur peccatum, si uxoralium vi-

rum ducat: & videri potest quod non
quia odia & pænæ restringi debent,
nec extendi ultra suum casum. Proba-
bilius tamen est quod sic, quia teste
Navarr.c.22.n.74. & Soto in 4.d.37.in
correlativis, in quibus est eadem ratio
& idem jus suadet, exceptionem pati-
tur illa regula juris. Eadem autem imo
major ratio suadet, idem hic dicendū
de uxore, quod de marito; quia longe
turpius est unam mulierē habere duos
viros, quam unum virū duas mulieres.

14. Est incæstus cum consanguineis,
aut virgine sacra, seu moniali profes-
sa. Incæstus est carnalis commixtio
cum consanguinea vel affine usque
ad quartum gradum. Ad proprię
dictum autem incæstum requirunt
Doctores, ut sit perfecta & naturalis.
hoc est, in vase debito facta commis-
tio. Vnde per tactus impudicos, au-
per effusionem seminis extra vas, au-
per nefariam seminationem contranatu-
ram non propriè dicitur incæstus, i-
deoque nec hic esset reservatus. Dein-
de nota, non reservari hic omnem in-
cæstum.

cæstum, sed solum illum qui cum consanguineis impletur, & id intellige ad quartum gradum inclusivè In Diœcesi Namurensi reservatur tantum cum consanguineo, in primo aut secundo gradu, sed & adjicitur reservatio incestus cum affine in primo etiam & secundo gradu. Hæc autem oriri erum potest ex fornicariæ copula. Vnde qui cognoscit sororem aut cognatam germanam illius, quam antè carnaliter cognoverat, incurrit casum illic reservatum. In hac autem Diœcesi cum expressè fiat mentio de consanguineis, strictè intelligendum est; ita ut copula cum affinibus non censeatur reservata. Adverte tamen, licet incestus cum consanguinea sit gravior, quam incestus alicujus cum affine sua, sive uxoris suæ consanguinea; tamen hic posterior incestus peculiariter habet effectum à jure. Primo, quod impedit petitionem debiti & quod non possit ducere aliam sine dispensatione, quia est impedimentum non quidem dirimens, sed tamen impediens contrahen-

610 RESOL.PASTORAL.

trahendum Matrimonium, ut habeatur
c. de eo qui cognovit consanguineam
uxoris. Verum cum haec pena passim
ignoretur ab occultis istis incautiosis
& cum ad penitentiæ forum sacramen-
tale accedunt frequenter non sit spes
fructus si moneantur de non petendo
debito, expedit plerumque eos in bo-
na fide relinquere, cum per ignorantiam
possint excusari.

Reservatur hic etiam incestus cum
Sanctimonialibus, quod intellige cum
Sæctimali in Ordine aliquo appro-
bato professa, quod peccatum dicitur
incestus reductivè. Nota vero, quod si
admittatur hic incestus intra sepu-
Monasterii; incurri excommunicatio-
nem Papæ reservatam, per Gregorium
13. anno 1575. Idibus Iulii.

15. Casus, Concubitus contra naturam,
puta sodomia & ejus generis graviora
crimina. Pro explicatione certum est
primò non incurrere illum qui procu-
rat pollutionem, etiam operâ alterius
adhibitâ per tactus, vel alio modo. Li-
cet enim gravius peccer participando

L.
t habetur
inguineam
na passim
castuosis
sacramé
on sit spes
petendo
os in bo
gnoranti
c stus cum
ellige cum
ao appro
um dicitur
rò, quod si
ntra sepu
unicatio
regorium
a natura
s graviora
certum es
qui procu
rà alterius
nodo. Li
rticipando
i

TRACTATUS V. 611

in alterius paccato, non est ramen propriè concubitus contra naturam. Certum est secundò, incurri hunc casum, si duo ejusdem sexus commiscentur, masculus cum masculo, aut fæmina cum fæmina. Sed quæritur, an si mulier à viro præpostere cognoscatur, puta uxor à marito extra vas debitum, incurritur hic casus? Responderet Chapeauville, non incurri, quia licet sit, inquit, concubitus contra naturam, non est tamen propriè loquendo sodomia, aut peccatum illa gravius. Requirit enim ipse ad Sodomiam, ut sit diversitas sexus, ut scilicet virum viro, vel mulier cum muliere carnaliter commisceatur. Hæc responso probabilis est, & fundata in Divo Thoma: atque certum est maiorem deformitatem contineri ratione circumstantiæ ejusdem sexus, quā quando sit carnis commixtio contra naturam cum diverso sexu. Passim tamen Doctores hunc concubitum contra naturam præpostere, & extra vas cum diverso sexu, vocant etiam Sodo-

612 RESOL.PASTORAL.

Sodomitiam; ut videre est apud Catechis.
in Sum. v. Sodomia, Sá v. Luxuria, Lest. lib. 4. c. 3. dub. 13 Covar. de Sponsalib. cap. 7. Vnde existimarent hi, sic peccando incurri hunc casum. Certum est tertio incurri hunc casum per peccatum bestialitatis, ad quod reducitur concubitus cum dæmone in assumptione corpore, sive sit succubus, sive incubus; sive corpus humanum assumat, sive belluinum: & hic præter deformitatem luxuriæ involvitur scelos societatis cum dæmone. Certum est quartó non incurri hunc casum, si non sit tanta perversio in modo concubitus, ut impediatur conceptus. Licet enim aliqui modi monstruosi reperiuntur, etiam inter conjuges; tamen si semen in matrice effundatur, non diretur concubitus contra, sed præternaturam. Imò inter conjuges non censentur peccata mortalia. De penitentiis Clerici Sodomitæ, vide Navarr. c. 27. num 249. & Chapeauville hic.

16. Est falsitas circa monetam. Intelligitur vero falsitas hic, immutatio

veri

TRACTATUS V. 613

veritatis cum dolo, & detimento aliquis: & ita, ut quis falsarius monetæ dicatur, requiritur ut immutet ejus substantiam, vel pondus, vel formam, idque dolosè, & in damnum vergat alius. Vide Sylvestr verbo *Falsarius*. Est ergo hoc peccatum injuriosum vergens in injuriam Principis, proximi, ac Republicæ, ideoque merito reservatur. Peccant itaque, & incurvunt hunc casum, qui ob lucrum dum metallum substituunt, pro alio, aut justum metallo pondus subtrahunt; aut monetam sine jussu Principis cedunt, & charactere Principis signant, licet illa in pondere & substantia justa sit. Character enim talis est falsus, significans auctoritatem Principis monetam eusam, quod falsum est: illi tamen qui monetas exuberantis ponderis circumcidunt, si justum pondus relinquunt, non incurvunt; quia non censentur materiam, aut pondus, aut formam falsificare. Peccant tamen, quia usurpant sibi privatâ auctoritate, quod ad Principem, aut mo-

M m

neta-

614 RESOL. PASTORAL.
netarium ejus spectat; ideoque illi ad
restitutionem possent obligari, si te
esset notabilis. Principes vero quise-
probāt monetam justam, ut vili pretio
emant, & inde aliā fabricent, licet hūc
casum propriè nō incurraint, tamen
quandoque à fraude non excusatū.
Vide de hac re Chapeaville hic.

Non incurruunt etiam hunc casum,
qui recipientes falsam monetam pro
vera, illam postea scienter obtudunt
aliis. Cum enim nihil mutent de veri-
tate materiæ, aut formæ, aut ponde-
ris, non dicuntur falsarii; quamvis
peccent mortaliter, si summa sit nota-
bilis. Nec excusatū, quod tales ac-
ceperint; quia illorum error alteri no-
cere non debet.

17. *Est falsitas cires literas alienas
Prælati inferioris Papa.* Dicitur vero
crimen falsitatis circa eas committere
qui dolosè veritatem illarum immu-
nat: quod potest fieri vel addendo, vel
demendo, vel novas effingendo, vel
sigillum adulterando. Prælatus autem
hic dicitur, Episcopus, Archidiaco-

dus,

TRACTATUS V. 715

nus, Decanus Cathedralis Ecclesiarum,
& similes, qui habent jurisdictionem
coercendi per paenam & censuras. In-
currunt ergo hunc casum, qui litteras
Episcopi, aut Archidiaconi, com-
mendatitias aut dimissoriales, aut
provisionales beneficii, vel similes a-
licui ex dictis vitiant cum dolo, aut
sigillum effingunt, si illis litteris u-
tantur. Si enim non utantur, sed cave-
ant ne cuiquam damnum, aut interesse
perillas inferatur, non censetur falsi-
tas strictè accepta committi, quæ so-
let describi a Canonistis, *Immuratio*
veritatis cum dolo, & injuria tertii. Nō
incurrunt vero hunc casum, qui obri-
nent litteras falsa narrando, aut alieno
nomine quod falso sibi imponunt, li-
cet eas impetrant ab Episcopo, vel a-
liis Prælatis, quia etsi hi mendaces sint
& falsi, non tamen dicuntur *falsarii lit-*
terarum Episcopi vel Prælati. Item si
quis utatur litteris falsis, si eas ipse
non falsarit, non incurrit. Item qui
punctum inordinate appositum radit,
aut distinctionem male scriptam cor-
Mm 2 rigit,

616 RESOL.PASTORAL.

rigit, aut punctum omissum pro cliti-
tare majore adjicit, non censetur falsa-
re. Si tamen immutetur sensus verbis
rum, quod fieri potest etiam solius
puncti adjectione vel detractione, in-
currit falsitas. Addit *Chapeauville*, il-
lum qui mutat in litteris, quæ prius e-
rant in sua supplicatione expressa, si
per errorem Notarii, vel scriptoris
fuerint variata, non incurrere falsitu-
tem. Exemplum ponit: Porrexit ali-
quis supplicationem Episcopo, quæ
petebat sibi dari licentiam excipiendi
confessiones, & simul absolvendi a re-
servatis in foro conscientiæ: utrum
que concedit Episcopus; non expon-
mitur autem in litteris ejus, nisi fa-
cultas excipiendi confessiones: non
incurrit hunc casum si ascribat, & ab-
solvendi à reservatis, prout contineba-
tur in sua supplicatione signata. Hoc
verum videtur in foro conscientiæ
nam in foro exteriori esset præsum-
ptio contra. Ceterum ideo referri-
tur falsitas circa litteras Prælatorum
inferiorum, quia circa litteras Papæ

est ex
Quod
vult co
Chapea
non ex
la Car
docent
rehen
falsitat
tè eni
nalia.
te exco
reservat
rum, de
titur: Q
falsitat
18 E
rium di
tate, q
falsifi
st super
aut cruc
totale.
ut tes
Hinc in
dicio in

TRACTATUS V. 617

est excommunicatio in *Bulla Cane*,
 Quod vero iterum hic comprehendi
 vult consulentes & mandantes *Ioann.*
Chapeauville, non assentior, quia hoc
 non exprimit casus. Unde cum in *Bul-*
la Cane etiam illi non exprimantur,
 docent Theologi eos etiam non com-
 prehendi, qui consulunt aut mandant
 falsitatem fieri circa litteras Papæ stri-
 tè enim sunt intelligenda statuta pæ-
 nalia. Non nego tamen eos incurre-
 re excommunicationem, sed nemini
 reservatam, propter cap. *Ad falsario-*
rum, de crimine falsi, ubi expressè di-
 citur: *Qui per se, vel per alium, vitium*
falsitatis exercent.

18 *Est perjurium solemne.* Perju-
 rum dicitur juramentum carens ve-
 ritate, quando Deus invocatur ut te-
 stis falsitatis. Est vero solemne quod
 fit super re sacra, ut tactis Evangelii,
 aut cruce, aut tangendo pectus Sacer-
 totale. Item quod fit coram Notario,
 ut testibus digitorum elevatione
 Hinc incurrit hunc casum, qui in ju-
 dicio in testem vocatus, solemnijura-

M m 3 mēnto

mento affirmat esse verum quod sit,
aut dubitat esse falsum. Item qui à Ju-
dice servato juris ordine, interrogatus
medio solemni juramento, non fate-
tur verum, vel non accusat quos tene-
tur, & similia. Hinc patet valde fre-
quenter hunc casum incurri, propter
tribunalia nostra, in quibus frequen-
tissimè juramentum solemne defer-
tur, & à parum timoratis litigantibus
violatur. Sic ordinariè juramentum
calumniæ defertur, quod *juxta Glossam*
in cap. 1. de Iuram. calumniæ hæc quin-
que continet. *Primò*, putare se bonam
causam tueri. *2.* se interrogatum à
Judice, veritatem non celaturum.
3. scienter falsas probationes se non
adhibiteturum. *4.* se litem fraudulen-
ter non prorogaturum. *5.* se nihil pro-
mississe, vel deinceps promissurum
alicui causâ litis, nisi quod iura per-
mittunt. *Hæc Glossa.* Si hæc sunt omnia
semper juranda, dum defertur calum-
niæ juramentum, quotus quisque est
litigantium, qui omnia ista præstet?
passim levant digitos coram Nota-

tiis solemne juramentum calumniæ
exigentibus ante litem , & nesciunt
an verum jurent, an falsum, nec satis
intelligunt suum juramentum. Vi-
dendum tamen juxta praxim Tribu-
naliū, an omnia dicta requirant, an
solum eorum aliqua , in eo juramen-
to quod liti prærequirunt , aut in lite
exigunt.

Quero hic, an omne perjurium solēne
reservetur, an etiam promissorium? R.
Chapeauville omne perjurium reser-
vari. Hic tamen gravis difficultas
moveri potest , quia sic adulterium
etiam esset reservatum; quod est con-
tra communem praxim , & sensum
Pastorum hujus Diœcesis. Adulter
tamen violat juramentum promissio-
rium, quo solemniter promisit fideli-
tatem conjugi, idque cum juramento
super baptismo suo , & super jure
quod prætendit ad regnum Dei , &c.
Prout habet forma solemnis in Paro-
chiali nostro præscripta. Atque pro-
prie etiam perjurus dicitur, qui fidem
juramento firmatam violat. Hæc dif-

Mm 4 fcul-

ficultas quomodo solvatur , nonvi-
deo , nisi dicendo non reservari omne
perjurium , sed solum juramentum il-
lud, cui deest veritas præsens, sine quo
quis sciens & volens falsum confir-
mat: atque conjux dum jurat, testem
adhibet Deum, quod animum habeat
integre servandi fidelitatem , ideoque
sciens & volens non confirmat fal-
sum , nec illi deest veritas præsens.
Deest tamen veritas futura , si posteri
fidem violat , ad quam servandum se
obligavit. Inter peruria autem pri-
mum locum obtinet illud quo quis
sciens & volens falsum confirmat: De-
inde illud quo quis fidem juramento
firmatam frangit. Ideoque posset pri-
mum reservari tamquam gravius , &
non secundum. De qua re tamen non
determino, sed lubens audirem de hac
difficultate , quam de adulterio mo-
veo. Resp. DD. Examinatores Synoda-
les, quorum est hæc clarius explicare
& interpretari.

19. Est blasphemia publica etenormis
in Deum & Sanctos. Publica dicitur
blasphæ-

blasphemia, quæ sit coram tota vel ma-
jori parte viciniæ, vel congregationis
aliquus sive collegii, in quo saltem
decem reperiantur, inquit Panormi-
tanus, & alii ex eo. *Enormis* verò bla-
phemia quæ sit dicenda, non ita præ-
cisè definiri potest, sed arbitrio pru-
dentis viri debet judicari, considerato
objecto blasphemiarum, modoque bla-
phemandi; quia quandoq; sit cum af-
fectu detestandi vel irridendi Deum,
vel Sanctos, aliquando autem ex pas-
sione aliqua subitanea, vel consuetu-
dine prava. Considerari etiam debet
qualitas personæ, loci, temporis, occa-
sionis, & reliquæ circumstantiarum. Hunc
casum incurreret, qui coram multis
Beatam Virginem Meretricem voca-
ret, aut Apostolos, vel Prophetas, im-
postores, mendaces, magos vocaret.
Dicunt & aliqui talem blasphemiam,
hic fore reservatam, etiamsi solùm
quis coram duobus hoc protulerit, si
illi pluribus manifestarint, ita ut sit
fama publica. Sed de hoc videtur mihi
posse dubium esse, quia cùm reserva-

Mm 5 tur

tur publica blasphemia, videtur intel-
ligi quæ ex modo, aut loco & tempo-
re quo fit, multitudine alicui sive ma-
jori parti alicujus viciniæ manifesta
existit. Strictè enim accipi debet in
pœnibus vox hæc, *Publica vel Publi-
cum*, pro eo quod ex se est manife-
stum, & publice fit. Nam blasphemia
intra domesticos parietes coram duo-
bus facta, ac postea per eorum rela-
tionem ventilata, non tam publica di-
citur, quam publicata, cùm fuerit ex
se privatim commissa.

20. *Est insignis contumelia Eucha-
ristæ illata, aut Sanctorum Reliquiæ.*
Contumelia dicitur, cùm verbis au-
signis æquipollentibus læditur & vi-
latur coram persona aliqua, honoris
aut reverentia illi debita. Insignis au-
tem contumelia dicetur, quæ atroci-
ter notabilis est, exterioribus etiam
signis ostentata. Ad quod judican-
dum, multum attendenda est intentio
contumeliam proferentis, aut infe-
rentis, qualitas personæ, loci, tempo-
ris, occasionis, & cæteræ circumstan-
tia.

iiæ. Unde fit, ut Catholicus bene affectus Eucharistia & reliquiis, raro censi debeat incurrere hunc casum. Hæreticus autem frequentissime. Hinc Confessarius hæretici pœnitentis non debet esse contentus generali confessione, quod in hæresi aut errore tot annis aut mensibus perseverasse se fateatur; sed etiam interroget, an in Christum, aut Virginem, aut Sanctos non fuerit gravibus contumeliis injuriosus item an in Sacra menta, aut imagines, aut reliquias graves & reales, aut verbales injurias non profuderit, tractando indignè, irridendo impiè, confringendo, &c. Item de calumniis in Pontificem, in Episcopos, & Sacerdotes, &c. Hæc enim sunt eorum peccata ordinaria.

Hunc tamen etiam casum incurrite possunt Catholici, non ex intellectus errore, sed ex impia passione. Sic milites quandoque nostri, nec sacris templis parcunt, nec sacris vasis, quibus Eucharistia, aut reliquia continetur; sed ea asportant, indignè reliquias & Eucharistiam tractantes.

21. Est abusus Eucharistie, aut nullius quiarum, vel etiam S. Scriptura ad exercitium artium magicarum. Hic casus satis est apertus, nec apud magos a sagas infrequens, quibus persuaderet demon perniciofissime, has res sacras valere ad hæc nefanda. Unde quodammodo dicit ad comminuendam & pulvrensandam Eucharistiam cum nefandis liquibus verbis, ut serviat ad philtre & pocula amatoria. Imò olim Sacerdotes quidem supra veste lugubri Missas mortuorum celebrabant pro viventibus, ut illi pro quibus sacrificium offererent, citius morerentur, ut insinuitur cap. quicumque Sacerdotum 26. q. 2. Similes hunc casum incurrent: sed & degradationi obnoxii forent.

22. Casus comprehendit omnes casuum occultos Sedi Apostolicae reservatos, ¹⁶⁷⁵ censuris ex illis provenientibus. Fundatur hic casus in verbis Concilii Tridentini Sess. 24. de reform. c. 6. quæ sic habent: Liceat Episcopis in irregularitatibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus excepta ea qua oriturex homines

TRACTATUS IV. 625

micidio voluntario, & exceptis aliis de-
dictis ad forum intentiosum) dispensare,
& in quibuscumque casibus occultis, etiam
Apostolicæ Sedi reservatis, delinquentes
quoscumque subditos, in Diœcesi sua, per
seipso, aut Vicarium ad id specialiter de-
putandum, in foro conscientia gratis ab-
solvere, Idem & in heresis criminis, in
eodem foro conscientia, eis tantum, &
non eorum vicariis sit permisum.

Incurrunt ergo hunc casum illi qui
incident in peccata Sedi Apostolicæ
reservata, si sint occulta; ut ferè sunt Sy-
moniae, Ecclesiarum effractiones, &
carundem spoliationes, falsificationes
litterarum Apostolicarum, & similia;
quia talia jurisdictioni Episcoporum,
& deputatorum ad hoc specialiter per
ipsos, permittuntur per Conc. Tri. supra.

APPENDIX.

De usurpantibus bona Ecclesiastica.

Nter casus reservatos etiam annu-
merari potest is; quem habet Syno-
dus nostra Leodiensis tit. 4. c. 10. his
verbis: Pastores singulis diebus Domini-
ci excommunicatos denuntient eos qui

M m 7 usur -

usurpant jurisdictionem Ecclesiasticam;
aut convertunt in proprios usus, decimas,
bona, census, aut jura Ecclesiarum, bene-
ficiarum, aut officiorum Ecclesiasticorum
piorumve logorum, & qui impediunt ne
ab iis, ad quos pertinent, percipientur;
nec non eos qui impediunt visitationem
Ecclesiarum, piorumque locorum, & ci-
tationes, mandata, aut sententias Iudi-
cium Ecclesiasticorum executioni māda-
ri: prout omnes & singulos predictos ex-
communicamus, & excommunicatos de-
claramus. Quæ omnia conformia sunt
illis, quæ habet Trident. sess. 25. cap. 12.
& sess. 22. cap. 11. Ex quibus capitulis
hæc verba desumpta sunt. Vide Tex-
tum ibi. Conformia etiam sunt hæc
illis quæ habet Bulla Cænæ in excom-
municatione 17. quæ fertur contra u-
surpantes jurisdictionem aut fructus ad
personas Ecclesiasticas ratione Eccle-
siarum, Monasteriorum, & aliorum
beneficiarum Ecclesiasticorum perti-
nentes, vel eos quavis occasione vel
causâ sine Romani Pontificis, vel alio-
rum ad id legitimam facultatem ha-

ben-

bentium expressâ licentiâ sequestrantes. Idem Decretum pro bonis Eccles. habet Namurcensis Synodus, tit. II. c. II.

Questio verò quotidiana est inter Pastores, an vi hujus decreti excommunicationem inturrant, qui furantur decimas, aut alia bona Ecclesiastica clam surripunt? Resp. negativè, quia talis Censura videretur lata contra eos, qui proveniunt Ecclesiasticos quasi ad se pertinenter, usurpant, & non tamquam bona aliena rapiunt. Insinuat hoc vox, usurpare; tunc enim dicitur aliquis usurpare proventus, quando veluti potestate dominandi, & quasi proprio jure utens illos occupat. Ita interpretantur Cajet. Navar. Sharez. & plerique recentiores Theologi, Bullam Canæ explicantes. Atque etiam de illis ageant Trident. sess. 22. s. II. Ex ejus verbis benè ponderatis invenietur. Cum ergo hæc verba decreti synodalis ex illo capite sint desumpta, non aliud videntur intendere, quam quod in Trident. est expressum. Unde nisi aliundè constet tales fures concurrere excommuni-

nica-

628 RESOL. PASTORAL.

nicationem, ex vi hujus decreti non
liquet Antiquitus audio solitos fuisse
aliquos Pastores, falsos decimatores
& decimatrices diebus dominicis ex-
communicare, sed ex vi hujus decreti
non mihi constat. Sicut id quod ha-
berur in Parochiali fol. 106. de Eucha-
ristiæ Sacramento, non video quo
fundamento pronuntietur, aut pro-
nunciari curetur. Ibi enim in exhor-
tatione Paschatis sic habet. *S'yly à icy*
aucuns qui sojent interdictis ou excom-
niez, telsque sont tous heretiquez, symo-
niaques, larrons, larronnes, usurier,
sorciers, concubinaires, concubines, for-
nicateurs, adulteres publiques & note-
res, je lour enioné de se retirer d'icy. Ubi
videtur insinuari omnes fures, fornicati-
tores, concubinarios, adulteros, esse
excommunicatos, de quorum tamen
singulis non constat. Aut certè satisim
propriè hoc positum fuerit, si solum
*velit his verbis insinuari, talibus pec-*catoribus interdicta esse Eucharistiæ,*
sive excommunicati sint, sive non, nisi
atisfecerint per pœnitentiam, aut e-
*tiam**

etiam scandalum reparant, maxime si
sint notorii, & ita ante id habentur
quasi excommunicati, & quasi inter-
dicti, hoc est, à Divinis arcendi.

2. *Questio esse potest: An hæredes usur-
pantium bona, redditus, proventus, aut
decimas Ecclesiarum, cum sciant, vel sci-
re debeat se detinere res prædictas usur-
patas contra Ecclesiasticas personas com-
prehendantur excommunicatione suprà
dicta?* Resp. affirmative. Ratio est,
quia ex eo quod semel fuerunt usur-
patæ, transiunt cum eodem vitio ad
quoscumque alios; parum autem re-
fert esse primos, vel secundos usurpa-
tores. *Confirmatur ex cap. indigni. 12.*

3. 2. in quo æquiparantur usurpatores
terum Ecclesiasticarum, & detentores
illarū ab aliis usurpatarum, & ex Clem.
1. de Decim. in qua excommunicantur
non solum usurpatores decimarum,
sed etiam qui detinent easdem usurpa-
tas ab aliis, ut docent Doctores ibid.

INCENDIARIUS.

IN multis Diœcesibus reservatur cri-
men istud. Unde in Namurensi, &
aliis,

630 RESOL.PASTORAL.

aliis , sic exprimitur : *Incendium u-*
lunate deliberatâ procuratum. Aliqui
putant jure communi Episcopis esse
reservatum ; sed cum in nostra Diœ-
cesi illius non fiat mentio , non puto
reservari. Tamen reperio in Paro-
chiali nostro inter casus Papales , in-
men incendiarii postquam est denunia-
tus: quod habetur ex Capit. Tuano, de
sent.excommun. Ubi decernitur, quod
incendiarius postquam fuerit, per E-
piscopum excommunicatus , aut de-
nunciatus, à solo Papa absolvitur; de
jure tamen excommunicatus non est
& licet soleant Episcopi illum ca-
sum reservare , non tamen tenentur.
Qui vero effringit, & simili spoliat lo-
cum piùm , incurrit excommunica-
tionem , & cum fuerit denunciatus,
non absolvitur nisi à Papa *Capitul.*
Conquestus, de sent.excom. Cæterum, u-
bi hic casus incendi reservatur , non
intelligitur de eo qui incendit auto-
ritate potentis indicere bellum. Nec
qui ex negligentia etiam crassa, lice-
re necatur ad interesse. Atque qui man-

dab

dat, consulit, auxiliatur ad incendendam domū, segetē, syvam alterius, incurrit, quando sic exprimitur: *Incendiū voluntate deliberatā procuratum.*

QUÆSTIO POSTREMA.

Quid agendū, cum Confessarius habet pœnitentem cū casu reservato, quo non potest absolvere? Resp. remittendum cum ad habentem auctoritatem, nisi forte occurrat necessitas implendi præcepti & communicandi, ut potest fieri in Paschate, si etiam simul contingat non posse prætermitti communionem sine scandalo aut infamia pœnitentis. Tunc enim posse absolvi tenet communior opinio, si Superior adiri non possit: manet tamen obligatus ad se præsentandum Superiori, sive alteri potestatem habenti, ut directe absolvatur; nam in directe tantum à reservatis fuit absolutus. Idem dicendum de excommunicatione reservata. In casu enim necessitatis, in quo vitari debet scandulum vel infamia, cum hoc sit juris cuiusdam naturalis, præponderat præceptis

632. RESOL. PASTORAL.

ceptis ex humano jure sive constitutiōne Ecclesiastica vim habentibus;
& censetur rationabilis causa , ut ab
solvi possit ab omnibus, à non reservati
bus quidem directe, à reservatis indire
cte. Ita passim Theologi.

*Quæres an etiā absolutus in articulo
mortis à reservatis, teneatur iterū per
re absolutionem ab habente potestatum,
quando periculum illud evasit?* Resp.
quantum ad casum reservatum non
tenetur, quia directe & simpliciter
tunc ab illo potest absolvī. Quantum
ad excommunicationem, non debet
absolvī nisi sub conditione, ut pare
mandato Superioris; maxime si excō
municatio sit ab homine; imo & tunc
debet injuriam passo satisfacere, aut
de satisfaciendo cautionem præstare,
si ad alicujus instantiam, cui inju
riam fecit, excommunicatus
fuit. Vide Parochiale Le
od, pag 88.

TRACTATVS VI.

RESOLUTIONES CASVVM
Pastoralium,
 DE MORIBUNDIS ET
 mortuis.

CAPUT I.

DE EXTREMAM VNCTIONEM
 suscipientibus & ministrantibus.

QUAERO. An pueris habentibus
 usū rationis danda sit Extremam-
 Unctio? Resp. non solere dari, nisi post-
 quam ad Sacramentum Communio-
 nis admissi sunt. Non video tamen
 cur eis non possit administrari, cūm
 am capaces peccati mortalis judi-
 cantur, & cūm per sensus qui intun-
 solent, certum est deliquisse. Ne-
 que enim est Ordo necessarius inter
 Eucharistiam & Extremam Unctio-
 nem; tum quia olim dabatur alicubi
 ante Eucharistiam, seu Viaticum; tum
 uia major requiritur reverentia ad
 uncharistiam, quam ad Extremam-
 Unctionem; & ideo posset hujus capax
 esse puer, qui necdum foret capax Eu-
 cha-

charistia. Potest tamen Pastor hoc in
re consuetudini suæ Dœcesis selec-
tus c
commodare.

2. QUAERO. An mulieribus in partu
periclitantibus danda sit Extrema-Vn-
ctio? Resp. id vetari in Synodo Mediola-
nenſi 4. p. 2. in his tamen provinciis so-
let dari. Nec appetit ratio sufficiens,
cur privarentur hoc fructu. Quan-
tum ad phreneticos, furiosos, au-
mentes, eis etiam administranda est,
nisi perpetuo fuerint tales, aut nisi in-
excommunicatione, vel notorio pec-
cato in amentiam inciderint, sine fi-
gnis pœnitentiæ.

3. QUAERO. An pastor teneatur per
Vnctionē, & alia Sacra menta, adesse in
firmo moribundo? Resp. Strictā obliga-
tione non teneri, nisi forte ad talem
statum redactus sit, ut illius præsentia
moraliter judiceretur necessaria: puta
quia variis agitatur tentationibus,
quibus præsentia Pastoris opem debe-
ferre. Tenetur enim Pastor salutem
ovium suarum curare, quamdiu illi
superest halitus; & quando hic & nunc
judic.

L.
stor hanc TRACTATUS V. 633
sis sese ac

dicatur esse periculum , tanto stri-
tius obligatur, quandoquidem dam-
num foret irreparabile.

us in partim
trema-Vir
o Mediola-
vinciis lo-
sufficiens, post Eucharistiam administratam à
astore fiat. Putat vero Navarr. curia
os, aut quibusdam , esse obligationem sub
grandat mortali ; sed existimo id solum verum
aut nisi inesse , quando Pastor prævidet vel præ-
torio peccidere debet damna gravia secutura
, sine h post mortem, si æget non testetur. Ex-
hortandus vero est infirmus ad testan-
tium, dum est in gratia; & si testamentum
condidit, dum non erat in gratia,
e ad talem
præsentia
ria : puta
tionibus,
omnem debet
or salutem
m diu illi
Diœcesi Leod. censemur ad hoc inju-
ic & nunc
judi-
neatur p
ad esse in
tä obliga
e ad talem
um in gratia jam existit.

5. Quaero . Si infirmus velit testari,
Parochius teneatur ejus testamentum
imqua Notarius confidere & scribere?
esp. si nullus sit alius qui id possit, te-
sti. Unde Parochi omnes in nostra
dicio competentes Notarii , adjunctis
due-

duobus testibus, sicut & in causis matrimonialibus. Veruntamen velim Curatos sese quantum possunt, ab hoc onere eximere, & illis committere qui juris & praxis sint periti. Etenim à Jurisconsultis peritissimis audi vi, maximam partem processuum & litium quas tractant, originem habere ex imperitia, vel Notariorum, vel Parochorum, qui testamenta aut matrimonialia scripta condentes, non expresserūt clare, vel satis peritem tem testantis, aut contrahentis: ideo que sine sufficienti capacitate Scripturis similibus conficiendis se immicendo, gravium dannorum causa existunt.

6. Quaero An quando quis absolvitur in periculo mortis, debeat alia forma, quam ordinaria absolvit? Rsp. sufficere ordinariam: *Ego te absolvio a vinculo excommunicationis in quantum possum & indiges, deinde ego te absolvio a omnibus peccatis tuis, &c.* Re etiam additur, à vinculo excommunicationis & omnibus censuris, ut etiam docet P.

AL.
causis nā:
en velim
ssunt, ab
committe
riti. Ete
simis audi
cessuum &
nem habe
orum, vel
ita autem
tes; noi
eritē mem
ntis: ideo
ce Scriptu
se immu
causæ eu
quis ab sol
debeat alia
olvi? Relig
e absolvor
n quantum
absolvor
et tamen
nicationis
docet Pa
rochiale

TRACTATUS VI. 637

rochiale Leodiense, fol. 141. agens de Extrema-Uncione. Ubi tamen cave errorum quorumdam, qui ministrantes Uncionem, jubent recitari *Confiteor* per ægrum, vel assistentes, deinde formam jam dictam pronunciant, qui eam in Parochiali ibi reperiunt: nec adverunt esse formam sacramentalis, quæ non est danda, nisi cum æger peccatum aliquod confitetur. Error autem iste gravis est, nec tamen infrequens.

C A P U T II.

De modo adjuvandi Moribundum.

QUAERO. *Quis optimus modus moribundum adjuvandi?* R. I. hor-
tandus est, ut Symbolum Apostolo-
rum plenâ fide recitet vernaculo ser-
mone; vel si non potest ore, mente id
faciat cum Sacerdote, & annuat se
intelligere, & protestari se in ea fide
velle mori, & perseverare. Iuvat e-
nim plurimum ut sicut in ingressu vi-
tae per Baptismum, Symbolum per se,
vel per susceptorem quisque recitat;
ita & in egressu ex hac vita idem

Nn repe-

repetat. Sic S. Petrus Martyr in ultimo que p
spiritu digito suo proprio cruento dolore
perso scribebat in terra, *Credo in Deum unius*
Patrem Omnipotentem.

2. Hortandus est, ut spem vivam &
firmam concipiatur vita æternæ, non
tam suis innixus meritis, quam meritis
Domini nostri Jesu Christi. Quod si
diffidentia, torpore, pusillanimitate
anxious aut dubius appareat, bonum
est illi insinuare illud ex Psalmis : In
te Domine speravi, non confundar in
ternum. Item illud; Quare tristis es am
mæ mea, & quare conturbas me? Spera in
Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salu
tare vultus mei, & Deus meus. Ut hac
& similia frequenter ore & cordes
petat, adjuvandus est.

3. Excitandus est in illo actus fit
quens contritionis, & amoris Dei.
per omnia, detestando omnia peccata
vitæ præteritæ, propter Deū summum
Bonum, summo amore amandum.

4. Excitandus est in eo actus perfe
ctæ resignationis, & oblationis sui, se
cun dū animam, & corpus, statum
que

TRACTATUS VI. 639

in ultimo que præsentis morbi , cum omnibus
cruore as doloribus & incommoditatibus. Qua-
tenus concipiat fervens desiderium
ac votum , per quod optet omnes vo-
vivam & luntates Dei , omnia consilia & deside-
riæ , non erga se animæ Jesu Christi , perfe-
ctissime adimpleri in se , usque ad ulti-
. Quod si num momentum .

5. Monendum est, ut omnia sua desi-
deria, suspiria, languores & dolores u-
niat cum doloribus & languoribus Je-
su Christi in cruce patientis, & ad mor-
tem usque ex obedientia Patris se hu-
miliantis; ut ex unione illa, accepta e-
tiam fiant Patri æterno.

6. Moneatur concipere specialem
devotionem & attentionem , tum ad
agoniam Christi in Horto Patrem o-
stantis; tum ad tres illas horas, quibus
languens in summis cruciatibus pe-
pendit in cruce , valido cordis clamo-
re , cum lachrymis & suspiriis, orans
pro omnibus affictis , ipse derelictus
est affictissimus, Vir dolorum, novis-
simus viroinm.

7. Proponenda est ei specialis de-
N n 2 votio

640 RESOL. PASTORAL.

votio ad cor Jesu amorum lancea-
peritum , in quo fons omnis consola-
tionis & gratiae reperitur, & omne bonum : atque per illam portam pietatis
patet ingressus ad misericordiam, ad
vitam & gloriam. Jungat ergo sapientia
cor suum , & uniat illud cordi amoro-
so Domini nostri Jesu Christi , à quo
omne bonum & meritum. Unde si ali-
quando diffidentia aliqua obrepata
sathana immissa , confidenter dicat cù
D. Bernardo : *Ego quicquid mihi deest,*
usurpo ex vulneribus Domini nostri Iesu
Christi, quia misericordia afflunt, ne
desunt foramina, per quae effluent.

8. Moneatur rogare Deum : *Cum*
defecerit virtus mea, ne derelinquas me
neq; projicias me. Deus ne elongeris à me
Deus meus in auxilium meum respici.
Ad hoc autem juvabit ei proponere ut
specialiter deprecetur Dominum, qua-
tenus in extremis , cum amplius loqui
non dabitur aut intelligere , vel tibi
acceptare omnia suspiria ad extremum
halitum usq; quæ quidem ex nunc illi
offerat, optans ut toties quoties iungi-

II.

lanceas consolam
omnebo- n pietatis
liam, ad go sacerdotis amoto- i , à quo
ide si ali- brepat à r dicatū
nibi dees- nostri Iesu
uunt, ne
nt.

in quas me geris à me n respice.
ponere ut um, qua- lius loqui velicis p se xtremum nunc illi ies recipi-

abit, tot sint resignationes & oblationes cordis sui palpitantis ; ad cor Jesu, & ad voluntatem ejus perfecte semper adimplendam, respirantibus.

Denique, edocendus est iaculatorias aliquot orationes breves, sive ex Psalmis sive ex Litaniis, aut precibus Ecclesiae, quibus frequenter & ferventer affectum cordis possit renovare. Et his etiam utatur Sacerdos coram ægro, breviter insinuando, potius quam prolixo discursu, aut exhortatione, que quādōq; non solum inutilis est, sed molesta illi qui capite & auditu debilis est.

Hæ autem breves oratiunculæ, modo ad Patrem, modo ad Christum, modo ad Spiritum S. dirigi possunt, modo ad Virginem, aut Angelum custodem, vel Sanctum, cuius particuliari protectioni se æger commiserit. Apud illos qui rudes sunt & illiterati, sufficiet eas depromere ex Oratione Dominicæ, Symbolo, aut Salutatione Angelicæ. Unaquæque enim petitio Orationis Dominicæ cum affectu elevata & ruminata, efficaciter potest

N n 3 ani-

animum ægri afficere & reficere. Quid enim melius potest æger in ore habere, quam illud: *Pater sanctificetur non mentuum?* Aut illud: *Pater fiat voluntas tua.* Aut illud: *Adveniat Regnum tuum.* Aut denique illud: *Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos à malo.* Quid ad Virginem efficacius dirigi potest, quam istud: *Santa Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc in hora mortis.* Aut istud: *Maria Mater gratiae, Mater misericordia, tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe.*

Hæc modo sufficient de hac re breviter insinuata, de quibus forsitan fuisse potero alibi ex professo differere. Tra statu eo hac re speciali,

CAP.III. De Extrema-Vnctione &c. aliis Sacramentis tempore Pestis ministrandis.

Quartur, an in rigore Theologico loquendo, teneantur Pastores pestis infectis Extremam-Vnctionem administrare? Resp. I. multas Synodos Diœcesanias in Belgio videre ita ordinare, Cameracensis T.5.c.10. Iprensis T.8.cap.I. Audomarensis Tit.19.c.1. Leod. T.4.c.8.

Acta-

TRACTATUS VI. 643

Attamen in praxi id permultas involvit difficultates.

1. Quia in Parochiis ruralibus s̄epe unicus est Sacerdos, qui si domos infectas ad id ingrediatur, jam & ipse vitabitur ab iis qui sani sunt; nec Sacramenta de ejus manu suscipere volunt, nec conversationem cum ipso permittent, ne periculum afferat contagionis. Etenim ob illam etiam causam, *S. Carolus Religiosos* in subsidium Sacramentorum ministrandorum tempore pestis advocare coactus fuit, quod pleriq; fugerent proprios Sacerdotes, qui contagiosis adfuissent, prout ipse testatus fuit Superioribus Religionum, & habetur c. 6. l. 4. *vita ejus*

2. Si contingit Pastorem contagio infici, & emori, multa confusio in gregi solet subsequi, multa inordinatio circa Divinorum ministerium. Nec enim facile statim reperiri potest qui subrogetur: ita ut experientia docuerit per plures hebdomadas quandoque gregi non fuisse provisum de ministro. Adde, aliquos expresse docere,

N n 4 quod

644 RESOL.PASTORAL,

quod si Parochus roti populo sit per necessarius , adeo ut ejus mors magna sit populi desolatio & jaetura, sufficere ut necessaria Sacra menta ministret, ita

Sylvius q. 32. ar. 3. suppl.

3. Episcopi hoc in Synodo ordinantes(cum sint Pastores Pastorum) deberent sollicitam curam gerere, ut & ipsis Pastoribus ruralibus subveniatur, si periculum incurant, vel ipsis deficientibus per mortem, ut statim substituatur idoneus minister. At siorum aliqui, vel ob distantiam, vel ob neglectum, non eam quam à Pastoribus ipsi requirunt, illis tunc in periculo existentibus, vel plebi desertæ curam impendunt. Sic forsitan conqueri hic quis posset de aliquibus, quod entera importabilia alligare velint, qui ipsis digito nolunt movere.

4. Extrema- Unctio non est de necessariis ad salutem, nec est de præcepto: Ergo in contagiosis morbis, in quibus est periculum, non videtur tam gravis obligatio ministris imponenda.

5. Non obstante ordinatione illâ

Syno-

L.
o sit per-
rs magna
, sufficere
istret, ita
ordinan-
rum) de-
re, ut &
veniatw;
l ipfis de-
atim sub-
Atiplo-
1, vel ob-
a Pastorii-
n pericu-
seritæ cu-
conqueri-
uod one-
, quæ ipsi
de necessi-
ræcepto:
in quibus
m gravis
da.
tione illâ
Syno-

TRACTATUS V. 645

Synodorum, Praxis videtur obtinere,
urgente pestilentia non administran-
di hoc Sacramentum, nisi forte in ur-
bibus, ubi Religiosi ad id se exponunt
ut alii Sacerdotes charitate magis im-
pulsi, quam rigore præcepti. Possemus
testimonium reddere de variis locis, u-
bi ab Episcopis non fuere puniti aut
reprehensi Parochi, qui tempore pe-
stis ministrare Extremam Unctionem
neglexerant: De Italia testatur Posse-
vimus in plerisque locis non esse moris,
ut administretur à Pastoribus. De Hi-
spania & nonnullis aliis Provinciis, i-
dem mihi testatus est D. Leander de S.
Martino S. T. Doctor in Academia Dua-
cena, qui multas frequentavit Pro-
vincias.

Resp. itaque 2. generaliter loquen-
do, Synodales constitutiones recte
asserere id ordinariè debere fieri: ut
facile Pastores hic se non excusent,
trepidantes ubi timor non est, aut ubi
charitas foras debet timorem pellere.
Supponunt ergo ordinariè non esse i-
tamorale periculum, sed illud posse
vita-

646 RESOL.PASTORAL.

vitari, tum per medicamenta præ-
vantia tum, providendo ut ægri con-
stituantur in loco ad quem secundum
sit accessus, tum utendo aliquâ ob-
longiore virgulâ ad ungendum, aliis
que præcautionibus. Cum autem his
omnibus persuppositis, vel medico-
rum, vel prudentum judicio adhuc
morale periculum permanet, multo
rum Theologorum sententia est nou-
obligari Parochos; magnæ verò per-
fectionis esse, si perituram vitam con-
temnentes, ad id se resolvant ex cha-
ritatis fervore. Huic sententiæ sub-
scribit Suarez, hanc Cathedræ Prima-
riæ Professor eximius Io. Clarius in A-
cad. Lovan. publicis scriptis docuit. Et
Em. Sà in Aphorismis cum multis di-
cit. V. Parochus. Tenetur tempore pestis
ministrare saluti necessaria Sacra-
menta, indicans ea quæ non sunt necessaria,
non teneri. Idem fortiori ratione do-
cerent illi qui dicunt Parochum non
teneri administrare Sacra-
menta, extra
tempus præcepti ad illa obligantis su-
cipientes, inter quos recensentur R.
ph.

hardus 4.d.18.Ioan.Med.q.37. de con-
fess.Sylvester V.Confess. i. q. 18. Invenio
quoque S.Carolum misile ad Pontifi-
cium, ut resolutionem haberet, an
Pastores Mediolani posset cogere ad
Sacramenta omnia administranda ur-
genter gravissimâ pestilentia: sed cum
omnium aliorum quæ simul poscebat
responsum acceperit, illud dilatum
fuit, nec resolutionem accepit. Forte
ne conscientiis aliquorum grave ni-
tiam con-
siderat. Doctorum opinioni est relicta. In-
tentia sub-
coram se congregatos, sanctis ad id
nonitis extimularet, operis hujus
perfectionem, & sublimem remune-
rationem proponendo, addidisse se
consultationem cum viris doctis &
suis iniisse (quia Romana determina-
tionem non adveniebat) per quam resolu-
tione do-
cum erat eos ad minus obligari ad Sa-
chum non tramentum pœnitentia & Euchari-
enta, extra ministrandum; ergo nec de Ex-
tremis Unctione illi auti sunt obliga-
tionem affirmare. Vide lib. 4. vita eius

c.3. Attrauen plerique hujus Viri San-
cti non solum sermone, sed & exem-
plio previo succensi ad omnia prom-
ptos sese obtulerent. Et absque dubio
si Episcopi talibus occasionibus se Ca-
rolos exhiberent zelo & opere, repe-
rent & Pastores non parcentes etiam
suæ vitæ.

Quantum ad Eucharistiam com-
munior opinio est Theologorum, ob-
ligari ad eam ministrandam Parochos:
etiam cum periculo. Existimant enim
jure divino obligari unumquemq; pto di
ad eam sumendam in mortis articulo te
ex quo consequitur, ægro tunc quod
petenti ministrandam esse. Necer jus es
cusationi locus facile admittitur parati
nisi forte paucis ante diebus (v. g. riculu
ante octiduum) æger communica- cerit.
rit, in communi periculo se dispo- quilib
nens ad Dei beneplacitum. Unde ad lem;
Eucharistiam frequenter suscipien moner
dam hortandi sunt tunc Fideles, u deber
periculum suum ac Ministrorum præ dieri
veniant. Ac bona praxis est, statim
in aliquam domum contagium se
pferit.

L. TRACTATUS VI. 649

Viri san- pserit, non solum infectam personam,
& exem- sed & omnes illius habitationis ac vi-
nia prom- ciniæ Communione sacrâ præmuni-
ue dubio re; quod si post aliquot dies morbo
bus se Ca corripiantur, sicut non tenentur de-
e, repete- luò communicare, sic nec minister
ntes etiam administrare. Sic docent *Palud*, *Soto*,
& quidam alii Theologi; licet quis
iam com- ignorans periculi mortis octo vel de-
orum, ob- cem dies antè communicarit, non te-
Parochos- neri illo postea superveniente, iterum
mant enim communicare, sed satisfecisse præce-
nquamque pto divino. Sic enim revera paulò an-
s articulo te mortem dicetur communicasse,
egro tunc quod vis præcepti requirit: & finis e-
Nec er- jus est, ad transitum ex hac vita præ-
mittitur paratio. Unde licet quis ignorarit pe-
us (v. g. riculum, nec reflexionem expressè fe-
communica- cerit ad præceptum: censetur tamen
se dispo- quilibet habere intentionem virtua-
. Unde ad lem, seu implicitam, adimplendi o-
suscipien- minem obligationem, quam potest &
ideles, u debet. Sic ignorans esse Festum, si au-
orum præ- dierit Missam; censetur satisfecisse
st, statim 2 præcepto. Liberius hac in materia &
agium se favorabilius pro ministris loqui vi-
pserit.

O O den-

dentur , qui afferunt cum qui in Parochate communicarit , si in articulo mortis non communicet ex negligencia sine contemptu , non peccare mortaliter . Cujus opinionis sunt Sylvester Eu-

charistia 3.n.3. Cajetanus v. Communio Sà ver. Eucharistia , & quidam alii .

Audiendus & in hac materia est Am
Diana , qui novissimè in p. 5. tract. 3. Re-
sol. 53 hanc nostram sententiam & Re-
sol. citat de administranda Commu-
nione peste infectis , ad quod obliga-
xi ordinariè Porochos , dicimus . Et iā-
dem ait : Sed contrarium docet Phili-
bertus Marchinus , cum Philiarcho Ma-
jolo , Benzonio . Tabiena , & aliis Et ita
definivit Gregorius 13 anno 1572. die
10. Decembris in Epistola ad Card. Ca-
tolum Borrhomæum , nunc inter Divis
relatum , sequentis tenoris , Auditis Car-
dinalium votis , & facta sanctissimo re-
latione , Sanctissimus decretiv scriben-
das esse simpliciter litteras ad Cadina-
lem . Die autem 13. ejusdem mensis Con-
gregatio censuit scribendas esse litteras in
hanc formam : Parochi tempore pesti-
neantur .

TRACTATUS VI. 651

neantur omnino residere in suis Ecclesiis
parochialibus, & si non resideant, agen-
dum contra eos ex decreto cap. 1. sess. 25.
& servata formâ ibi prescriptâ. Mini-
strent verò Parochianis peste infectis Sa-
cramenta Pœnitentia & Baptismi per a-
lios Licit Alciatus diceret, quod ex duo-
bus ultimis verbis, videatur prohiberi
ne Parochi etiam volentes per seipso hac
duo Sacramenta ministrent, tamen tota
Congregatio dixit, quod ista erat mens
sanctissimi in prohibendo hac Parochis,
ad commodum Parochianorum qui san-
gent. Hi enim verisimiliter nollent con-
versari cum Parochis euntibus ad infir-
mos peste. Ita sacra Congregatio. Hacte-
nus Diana. Quæ quidem si ita sint, fa-
voribilia sunt Parochis.

Asteriores porro hac in materia
videtur illi Theologi qui volunt in-
fundî à ministro ori illius qui contagio
infectus est Eucharistiam, propriis
manibus ministri, nec alium admit-
tunt modum ministrandi: quod tamen
omnino periculosest, ob halitum
ægri contagiosum. Alii varios alios

Oo 2 modos

ui in Pa-
articulo
egligent-
are mor-
vester Eu-
ommuni-
alii.
a est Am
act. 3. R.
am & n.
Commu-
l obliga-
is. Et ta-
cer Phili-
cho Ma-
is Et ita
572. die
ard. Ca-
r Divos
itis Gar-
Timo re-
scriben-
Cadena-
sis Con-
itteras in
pestiste-
neant-

modos ministrandi permittunt & practicant, quos tamen ab Episcopis examinari optarim ; nē quidam illorum non satis reverentem Sacramenti træstationem involvant.

Quidem curant benedici particulas corporalium, in quibus Sacrū Corpus Domini deponant loco aliquo securō, ad quem ægrō sit accessus; ut psem̄ sumere possit , aut per personam assistentem sibi in ægritudine ad id adjuvari, quæ pars corporalis igni postea traditur: Alii Capsulis vel parvulis vitris utuntur è quibus æger illud ore desumit Alii aliis utuntur modis. Ego licet consultius & securius non dubitem, si propriis manibus ministrati possit, non video tamen cur in præsentissimo periculo , aliqui alii modi reprobari debeant, adjuncta tali reverentiâ quæ hic & nunc adhiberi potest sine periculo in tali rerum statu. Ratio est, quia ritus sic administrandi, ut suscipientis ori infundatur Eucharistia, est solum de præcepto Ecclesiæ quod præceptum nō videtur obligare

cum
deju
rent
enim
denn
prop
fusse
lum
tur, &
à Sac
olim
charri
pro c
nostr
tifex
re aff
dam.
ret Sa
per se
aliqu
to, ve
Sacra
re, ad
rente
extra
clesia

TRACTATUS VI. 653

cum tanto periculo vita. Nec refert
de jure divino & naturali esse, ut reve-
renter administretur Eucharistia: Non
enim alii modi irreverentiam conti-
nent. Patet primò, quia olim notum est
propriis manibus suscipientis sumptā
fuisse; gerebant enim Fideles linteo-
lum manu, quod *Dominicale* vocaba-
tur, & in illo deponebatur Eucharistia
a Sacerdote. 2. notum est sacerdotibus
olim Tyrannis, Fideles domum Eu-
charistiam detulisse, vel quotidiè, vel
pro opportunitate sumendam. 3. etiam
nostro sèculo concessit Summus Pon-
tifex *Mariae Reginae Scotie*, ut in carce-
re asservaret sibi Eucharistiam sumen-
dam à se, eò quod accessus non pate-
ret Sacerdoti, ut alibi dixi. Non ergo
per se est irreverentia, quod laicus ex
aliquo loco securè & honestè appara-
to, vel ipse met per se, vel ope alterius
Sacramentum sumat in tali necessita-
te, advigilante ipso Sacerdote, ut reve-
renter & cum pietate fiat. Quamvis
extra necessitatem hoc nolit fieri Ec-
clesia, ad majorem ipsius Sacramenti

O O 3 dig-

dignissimi reverentiam , & dignissimam tractationem,

Quicquid ergo hic dicat Dianaps.
resol.tract.3.præstat sic administrare,
quam non administrare , nec ipsis re-
sponder rationibus jam adductis pro-
bantibus hic non esse per se irreveren-
tiam. Hinc etiam aliqui Episcopi ali-
quem ex dictis modis admittunt. De
qua re sic dicit Iacobus Mancinus, Tra-
de infirmis visitandis , tract. 8. dub. 18.
Non erit incongruum cum decenti in-
strumento, & debita reverentia, absque
scandalo , hoc Sacramētum tempore pestis
ministrare. Accedit usus assiduus quem
tenet Reverendissimus D. Petrus de Mar-
chis Archib. Smirnensis in sua Diœcese,
in qua pestis assidue urget. Post illorum
confessionem Sacerdos ponit reverenter
particulam consecratam super folium
pagina alba extensa super scabellum, &
dictis verbis, Domine. non sum dignus,
infirmus accedit, & lingua particulam
reverenter sumit , accipieque purifica-
tionem. Interim Clericus candelâ ac-
censâ in summitate virg. paginam com-
buriit,

TRACTATUS VI. 655

burit Quem usum probabilem puto, tu-
taque conscientia teneri posse tempore pe-
nitentium Hæc ille.

Quidam etiam Theologiæ Profes-
sor Societatis sic habet: Eucharistia tē-
pore pestis potest dari virgulâ, in cuius ex-
tremitate sit Luna argentea, vel aurea,
vel cuprea inauratâ, in qua sit Hostia
communicaturo danda; vel dari potest in
pixide, vel in charta vel in vitro cū vi-
no. Ita P. Ioannes Sebastiani, Mōribus
Hanoniarum Professor in Manuscriptis.

Quantum ad Sacramentum Pœni-
tentiarum, tenetur tunc Pastor ministrare
etiam cum periculo vitæ. Nec exce-
ptioni locus est, nisi ubi morali certi-
tudine constat de bono statu ægri, v.
g. quod paulò ante ægritudinem con-
fessus sit, & quod timoratae & sollici-
tæ sit conscientiæ, nec nisi veniali
culpæ obnoxius: ex altera parte vero
evilens sit contagii periculum, nec fa-
cile futurum, ut si Parochus inficia-
tur, de alio possit provideri. Tunc eni-
m commune bonum multum præ-
ponderat. Hæc tamen non temere

O o 4 præ-

præsumenda sunt, ut subditus defen-
tur.

Hoc porrò adjicimus, in evidenti
periculo posse fieri confessionem ma-
terialiter non integrām à pœnitente
& à Sacerdote, parte peccatorum au-
dita, absolutionem impendi: excitan-
do pœnitentem ad omnium quantum
in se est contritionem, vel attritionem.
Est enim talis confessio formaliter in-
tegra, & à Theologis solet recensem
causa sufficiens faciendi confessionem
non integrām materialiter, periculum
vel spiritualis vel corporalis salutis a-
licui impendens. Ita Suarez & alii.

Ulterius sic afferit Hurtadus de Pe-
nit. disp. 9 diffic. 10. In periculo mortis,
ut in peste, bello, aut naufragio, quando
periculum imminens aliud non admit-
tit, possunt omnes simul signo aliquo, ut
genuflexione, significare se peccasse sic in
communi & de eo dolere; ut contingat,
si Confessarius dicat omnes qui volunt
à peccatis absolviri, genuflectant. Et tunc
etiam possunt omnes simul absolviri hac
forma: Ego vos absolvō à peccatis ve-

stris. Ita ille, sed tu pondera. Nam inter milites audio solitum, ut instantे prælio, sola manus extensione, tota cohors aut legio absolutionem petat. Sed quā detur securitate, nescio, quia plurimi inter eos nonnullis antē diebus scientes se in periculo, ne quidem de confusione cogitant.

Queritur postremo, quantum ad Extremam Unctionem, an in periculo contagii sufficiat unica unctione in aliqua corporis parte? Resp. hanc opinionem probabilem omnino esse, tum ob auctoritatem Doctorum, tum ob multiplicem rationem, ideoque à nonnullis hoc tempore in praxi usurpari.

Primo quidem auctoritatem illi dat Pastorale Gebennense R. Franc. de Sales Episcopi, doctrinâ & sanctitate spectatissimi, in illo sic lego in tit. de Extrema Unctione: In morbis contagiosis, ut periculum vitetur, sufficit inungi organum sensus magis ad unctionem expositum dicendo: Per istam unctionem & piissimam suam misericordiam, indulget tibi Dominus quicquid deliquisti

Oo 5 per

per visum, auditum, gustum, odoratum,
& tactum. Idem habet Pastorale Mech-
linense anno 1582, quamvis id omis-
sum sit in editione 1607, apud More-
rum suas ut apparet quorundam Lo-
vaniensium Doctorum, contrariam
opinionem sectantium. Idem habet
etiam Pastorale Ruramundanum im-
pressum circa annum 1582. Item pa-
storale Bartholomai ab Aula, per Theo-
logos aliquos nov. probatum anno
1573. Et hujus opinionis sectatores fue-
re Io. Hesselius, celebritas Lovaniii Do-
ctor, & Io. Molanus Tract. 4. Theolog
pract. Accedit auctores Octavii Tri-
caricensis Episcopi, per Germaniam, &
Belgium. Nuntii Apostolici in Direct.
Ecclesiasticæ disciplin, ubi sic ait: Et
si ordinariè sint inungenda singula sin-
gulorum sensuum loca, nec nisi gravissi-
ma necessitas cogat aliter faciendum;
constabit tamen Sacramentum, & ad
evitandum contagium sufficerit, si-
ungatur sensus organum magis exposi-
tū, dicendo: per istam unctionem & piissi-
mam misericordiam suam indulgeat

tit

TRACTATUS VI. 651

tibi Dominus , quidquid deliquisti per-
visum, auditum, gustum, odoratum &
tadum. Idem sequuntur aliqui recen-
tiores, inter quos Franc. Silvius in Sup-
plem D. Thomæ. Consulunt verò, ut un-
ctio fiat in Capite; quia ibi maximè vi-
gent sensus.

Secundo cōfirmatur ratione desam-
ptâ ex Trident. dicente, Ecclesiam Ro-
manam non aliud obseruare in admini-
stranda unctione quantum ad ea quæ ad
hujus Sacramenti substantiam perficiunt
quām quod B. Iacobus præscripsit. At il-
le undenuntionem præscribit, non ve-
rolutionem quinque sensuum, ergo
illam obseruat Ecclesia ut essentiale,
non illas , alioqui observaret aliquid
quoad substantiam , quod Apostolus
non præscripsit. Addi deinde potest ,
quod ex more Ecclesiæ, unctionur non
ipsa sensuum organa , sed partes vici-
næ, ut patet in oculis, & auribus, & or-
gano gustus : ut etiam magis constat
in iis qui aliquo sensuum organo sunt
orbati; ergo censet Ecclesia , non esse
de essentia , ut sensuum loca unction-
tur;

tur; sed sufficere ad essentiam, partem aliquam corporis inungi, cum ubique sensus vigeant, quamvis organa, si possit fieri, ad expressiorem significacionem debeant ungi. Denique *Florent.* & aliâ Concilia enumerant septem unctiones, nec distinguunt: & ita exiliis nequit colligi quod quinque magis sint de essentia, quam separam & per consequens non repugnant assertioni, quæ unicum dicit perficere essentialiter Sacramentum.

CAPUT IV.

De materia Extremæ Vnctionis.

QVaritur, an benedictio Episcopi sit necessaria essentialiter ad materiam Sacramenti Extremæ Vnctionis? Resp. affirmare id communem Theologorum sententiam, paucis exceptis, inter quos *Em. Sà. V. Extrema Vndio,* & *Victoria in Summula n. 217.* qui communis opinioni opponit in verba Iacobini nullam fieri benedictionis mentionem. Favere etiam potest quod tradidit *Arcadius l. 5. de Sacram. c. 2.* & post eum *Prepositus, quod Presbyteri in Ecclesia*

Orien-

TRACTATUS VI. 661

Orientali soleant benedicere oleum
Sacramenti hujus, idque ex antiqua
consuetudine; etiam ante schisma.
Quod non reprobavit Ecclesia Latini-
na, quin potius approbatus videtur ille
ius à Clemente 8. in *Instruct. super ri-*
tibus Gratorum, anno 1595. ultimo Au-
gusti. Et huic opinioni, quod benedi-
ctio Episcopi non sit essentialis, favere
videtur consuetudo in quibusdam E-
piscopatibus, in quibus valde parum
olei Decanis singulis distribuitur post
benedictionem ab Episcopo adhibi-
tam. Mōnentur quidem non benedi-
ctum guttatum infundere, quia sic to-
tum participat benedictionem per
mixtionem, *juxta Capitulum, quod in*
dubius, sed tanta debet fieri mixtio, ut
longè sit major quantitas superaddita,
quam præexistens; si omnibus oporteat
Pastoribus sufficienter dare pro
toto anno. Et licet non unâ vice qua-
ntitas superaddatur major, sed gutta-
tim, & quidē intercisis horis, vel die-
bus: tamen si semper quod superaddi-
tur sit benedictum, et si guttatum fiat &

Oo 6 inter-

interposito quidem temporis alicuius
spatio sequeretur hic posse dari quida
progressus in infinitum. Si enim quod
hac hora misceo totū sit benedictū, &
iterum altera hora mixtum totum be-
nedictū, & sic de hora in horā possim
miscere, & de die in diem augere; illud
totū tandem poterit fieri immensa quā-
titas: quia totum semper exiguā mix-
tione sit benedictum & potest semper
aliquid superaddi. Saltem hoc in praxi,
facile est advertere, quod finaliter
quantitas superaddita superet quanti-
tatem ab Episcopo cōsecratam, & qui-
dem notabiliter, si oporteat satisface-
re omnibus Parochis. Quapropter vel
Sacramentum videtur reddi dubium,
vel dicendum benedictionem non el-
se necessariam necessitate Sacramenti
vel etiam ab alio quam Episcopo fieri
posse. Unde vidi ego antiquum quem-
piam ex Decanis cum misceret olea
sacra his verbis utentem: *Hac commix-
tio olei non consecrati cum consecrato pa-
riter fiat, in nomine Patris, & Filiī, &
spiritus S.* Quam formam ubi didice-
rit,

lit, nescio. Interim hæc disputativè
sint dicta, obsecrando Episcopos Reve-
rendiss. Dominos ac PP. meos cum o-
mni humilitate, ut majori in quātitate
Oleū sacram distribuant, maximè in-
firmorum, ne incautâ mixtione mate-
ria possit reddi dubia. Quod iterum
alibi obsecravi, & hic repeto, quia
non parum anxietatis mihi hæc inge-
nit mixtio.

CAPUT V.

De sepultura mortuorum,

QUAERO. An omni die possit sepe-
liri mortuus? Resp. affirmati-
vè, etiā si dīs sit Paschæ, Apud aliquos
vīsum est in dubiū revocari, an in dīe
Parasceves sepeliendus sit mortuus?
Resp. etiam tunc posse sepeliri, sed ta-
men tunc non sunt pullandæ campa-
næ. Quantum autem temporis inter-
esse debetat inter mortem & sepulturā,
ex locorum diversa consuetudine pen-
det resolutio. Nobis ordinantur in
Leodiensi Diæcesi viginti quatuor hore.
Quod intellige, nisi causa subsit, ut
facile sit in nimio æstu, dum corpora
corru-

corruptioni sunt obnoxia, aut tempore
morborum, &c.

2. QUÆRO. An Missa de Requiem
possit celebrari omni die? Resp. posse,
excepto die Parasceves, in quo non
potest celebrari ulla Missa. Excipiunt
& aliqui diem Sabbati sancti, atque
etiam Paschæ. Excipi etiam possent
solemnitates aliæ celebriores in Ec-
clesia, in quibus non est congruum
saltem officium publicum & solempne
exequiarum celebrare. Immò in no-
stra Diœcesi justè ordinatum est, ut
exequiæ & publica mortuorum offi-
cia diebus dominicis, aliisve festis non
peragantur, sed in diem non impeditā
rejiciantur. Ita Syn. Leod. tit. 10. c. 8. pri-
vatim autem celebrare de defuncto
diebus dictis licet, & ex causa lauda-
bile esse potest.

Sic lego in vita Iosephi Ancheta, Sa-
cerdotis è Societate, in Brasilia miracu-
lis clari. Ipso die festo S. Ioannis Evan-
gelistæ, qui tertius est à Natali Christi,
celebratam Missam de Requiem certo
homini applicavit. Id verò absurdum
multis

multis visum est. Quapropter & Superior quasi reprehendens coram aliis quæsivit ab eo, cur in tantæ solemnitatis die, ita ab Ecclesiæ ritu exerraret? Respondit illa nocte in Lauretano Collegio Sacerdotem Societatis obiisse, suum quondam Conimbricæ cōdiscipulum, seque pro anima illius sacrificium obtulisse. Rogatus est iterū, an aliquid nosset de animæ illius statu? Respondit, Cælum ingressam, cum ad eum sacrificii locum venisset; Omnis honor & gloria. Hæc ibi.

3o QUÆRO. An si mulier in partu moriatur, debeant legi orationes, quæ solent recitari ad introducendam puerperam in Ecclesiam, idque super corpore iam mortuo, antequam ad Ecclesiam deferatur pro sepultura? Resp. licet antiquitus ab aliquibus Sacerdotibus hoc videatur practicatum, ut etiam testantur seniores aliquæ matronæ, non video cur fieri debeat; tum quia tales orationes sunt pro viva, & non pro defuncta: tum quia hoc in Rituali non reperitur; tum denique quia sapere videtur

666 RESOL. PASTORAL.

derur aliquam superstitionem anilem,
quâ existimant puerperas ante id ha-
beri quasi Paganas & Ethnicas; per illas
autem orationes reddi quasi novitez
Christianas. Sic enim loquuntur ver-
naculè de puerperis, *Ellegist. Payenne.*
Edocendæ igitur sunt, hanc introdu-
ctionem in Ecclesiam non ad aliud
fieri, nisi ut redeant post sufficientem
naturæ ex partus debilitate restaura-
tionem, reddituræ Deo gratias, & se-
prolemque illi oblaturæ imploratâ Sa-
cerdotis per preces Ecclesiæ benedi-
ctione. Ex quo etiam consequitur,
quando periclitantibus post partum
domi eis Sacraenta ministrantur, nō
esse necesse has orationes prævie re-
citare, quasi per illas ab aliqua irre-
gularitate, sive impedimento Sacra-
mentorum liberentur; quod sapit Iu-
daismum.

4. QUAERO. Quinam priventur sacra
sepultura? Resp. i. Qui non est baptisa-
tus. Unde puer moriens ante Baptis-
mum, non debet sepeliri in loco sa-
cro, nisi forte mortuus sit in utero,

ccc

anilem, nec extractus; tunc enim sensetur pars Matris; si autem extrahatur, & separetur fœtus à Matre, in loco profano est sumulandus. Si verò est baptisatus, licet sit Baptismus dubius, sepultura. sacra ei non denegetur, sive sit dubius ex parte materiæ, per quam baptisatus sit sive ex eo quod dubitabatur vive: Iudicandum enim est in favorem infantis, quamdiu durat dubium.

Resp. 2. Excommunicatus nominatim denunciatus, vel notorius percusor Clerici. Dico nominatim excommunicatus, &c. quia hos solos tenemur vitare, dum vivunt, sic etiam dum mortui sunt. Nam cui communicavimus vivo, possumus & communicare mortuo.

Dices: Ergo passim hæretici poterunt sepeliri in loco sacro, si nominatim non denunciantur excommunicati; Resp. negando consequentiam. Nam licet ex eo capite quod excommunicati conseantur, sed non vitandi ante denuntiationem, possit excusatio esse: tamen si manifesti sint & discesserint

in hæresi sine signis pœnitentiax, privandi veniunt sepulturâ, quia in statu notorio peccati mortalis moriuntur, quales omnes non sunt sepeliendi in loco sacro, ut statim dicemus.

Adverte verò in locis quæ occuparunt hæretici, sive in Ecclesiis & Cœmteriis, in quibus corpora sua seplerunt, cùm priùs Catholicorum corporibus sepeliendis illa loca deservirent, non esse necesse exhumari ista corpora; tum quia non possunt ossa eorum distingui ab ossibus Catholicorum; tum quia ut plurimum hæretici isti non fuerunt nominatim excōmunicati. Sufficit ergo, dum iterum redeunt in usum Catholicorum, aspersione aquæ solenniter ab Episcopo benedictæ reconciliari. Qui casus mihi propositus fuit novissimè in Oppido Gelhausen in Germania, ab Illustri D. Caraffa Legato & Nuncio Apostolico, eò quod per eam urbem dum transiremus? Religiosi Franciscani templū suum recuperarant, auxilio militum Hispanorum, ibidem Præsidiorum,

rogas-

rogabantque auctoritate Illustrissimi
locum iterum reddi sacris usibus; dif-
ficultas verò movebat, propter cor-
pora Lutheranorum ibi sepulta, an
prius exhumanda forent: Et ob ratio-
nes dictas, respondi quod non esset ne-
cessere: cum nec etiam tunc temporis,
licet discerhi potuissent, aliqua sepul-
chra hæreticorum, conveniens fuisset
ea dejici, ne novi tumultus suscitaren-
tur in Civitate planè hæreticorum, &
occasio eis daretur in clamandi pacta
Cæsarea effringi.

Quod si verò contingat in loco fa-
cto temerariè sepeliri aliquem nomi-
natim excommunicatum, sepelientes
excommunicationem incurront, ut
habetur in *Clementina I de sepult.* Ne
divina officia ibi celebrati debent, nec
fideles sepeliri, donec extrahatur cor-
pus, & reconcilietur locus. Si vero si-
gna pœnitentiæ edidit excommunicata
tus talis, poterit absolvī post mortem
ab illo ad quem spectabat auctoritas
absolvendi. Vide *Navar. c. 26.* & *To-*
let. lib. I. c. 16.

3. Pri-

3. Privantur sepultura duellantes, si in confictu decesserint. Item occidentes se ex desperatione vel ira, si nullum contritionis signum ostenderint. Qui autem seipsum occidit, cum mentis compos non esset, non privantur. Imò cadaver hominis fidelis, si inveniatur in puteo, in loco sacro est humandum. Conjectur enim probabiliter, vel casu decidisse, vel violenter ab aliquo dejectum. Ita Rodriguez p.2.c.56.

4. Privantur blasphemi, nisi signa contritionis dent. Si autem in morbo quis blasphemet, & possit coniici quod ex phrenesi, pro ut contingit quandoque fabricitantibus: etiam si moriatur sic, non propterea privatus loco sacro. Prudenter autem judicandum est, ex qua causa, ex qua dispositione blasphemet. Sunt & alia peccata quæ specialiter enumerantur à Summistis, ob quæ denegatur sacra Sepultura, Vide latè *Sylvestrum*, & aliós V. *Sepultura*. Inter illa enumerant Raptores bonorum alienorum. Item

wsur

lantes, si usurpatores decimarum, si in fine vitæ non restituant, aut non dent cautio-
nem de restituendo.

Postremo, privandi sunt sepulturâ, non solum qui non sunt confessi, aut qui non communicarunt in Paschate, hoc publicè innotuerit; sed & omnes qui moriuntur in peccato mortali notorio, seu manifesto, sine signis pœnitentiaæ; ut meretrices, concubinarii, usurarii, & qui in flagranti delito occiduntur. Sufficit autem unus testis fide dignus, qui attestetur de-
ditio signa contritionis, ut possint se-
peliri.

Non desunt aliqui existimantes quemlibet peccatorem publicum, non excommunicatum, posse sepeliri in loco sacro, licet exterius pœnitentiaæ signa non dederit, quia interius po-
nit pœnitere. Quæ sententia, si pro-
babilis sit, multis auxietatibus poterit
Parochos liberare. Vide *Dianam. p. 5.*
r. 3. resol. 99. citantem *Hurtadum de Mendoza.* Vide ibidem de duellanti-
bus sepeliendis, si aliquanto tempore
super-

672 RESOL.PASTORAL.
supervixerint, ita ut brevem confes-
sionem facere potuerint: nam tales
possunt dici, *non decessisse in confidit*,
strictissime interpretando legem pæ-
nalem. Ita nonnulli probabiliter. Sic si
extra locum conflictus exportati fue-
rint, & ibi mortui, poterunt sepeliri in
loco sacro.

5. QUÆRÒ. *An debeant permitte apé-*
riri corpora defunctorum? Resp. ex iusta
causa id posse fieri ex consensu pro-
pinquorum; maximè cùm gravantur
morbi aliqui ignoti; ideoque aperiunt
Medici, ut illis provideant.

TRACTATVS VII.
RESOLUTIONES QUÆSTIO-
num Pastorâlium.
DE ORDINANDIS VEL
ordinatis:
CAPUT I.

I. De impedimentis ordinum:
QUÆRÒ. *Quinam incurvant*
suspensionem ab Ordine? Resp.
i. Qui absque examine, & Episcopi co-
sentu furti n*on injecisset se multitudini*
exam-
ordini

L.
n confel-
am tales
conflictum
egem pæ-
riter. Sic fi-
rtati fue-
Sepeliri in
mitti ap-
ex justa
ensu pro-
grassantur
e aperiunt
II.
ESTIO.
VEL

T R A C T A T U S VII. 673

raminatorum, & simul cum eis Ordinem suscepisset. 2. Qui sine titulo beneficii aut patrimonii sufficientis motus esset. 3. Similiter suspendunt existimant *Navarrus*, *Suarez*, & *ii.*, eum qui promovetur cum titulo patrimonii , aut beneficii sufficientis, obligavit se ad renunciandum ei latim ac ordinatus fuerit. Nam rati one ordinari , perinde est ac ordinari sine titulo; & est potius ementius titulus, quam verus, quandoquidem pacto , aut juramento ei sit renunciandum. Secus erit, si renunciatio fiat post ordinationem , nullo pacto praecedente. V. *Navar.* c. 27. num. 158. Si vero aliunde non habet , unde se sustinet, talem renunciationem facere prohibetur sine Episcopi licentia per idem. sess. 21. cap. 2. de Reform. 4. Qui promovetur ante legitimam ætatem scienter. Nam qui bona fide existimat habere ætatem legitimam , sicut excusat à culpa, ita & à suspensione. Neque vero cessat suspensio , quando ordinatus scienter ante ætatem legi-

P p. tipam,

timam postea ætatem attingit ; sed resp
dēbet prius requiri eō absolutionem
suspensione. 5. Qui ordinatur ab ali
no Episcopo, si nec consensu propri
hic tamen iterum bona fides ordi
nati excusaret , quia requiritur pra
sumptio.

2. QU AERO. Quid si tales ministrent
in Ordine suscepto? R. Tunc incurra
irregularitatem ; maximè si exercent
solemniter actum Ordinis sacri. At
que cùm suspensio possit tolli ab Epi
scopo (nisi in Canone exprimatur Pa
pæ reservari) tamen irregularitas tan
tum tollitur à Pontifice , nisi ex deli
cto occulto proveniat. Notant vero
Theologi , eum qui ex delicto occul
to irregularis fuerit , non teneri se
prodere abstinentia ab officio , si evi
dens fuerit periculum infamiae : immo
si non possit prius habere dispensatio
nem , præviâ contritione , potest offi
cium exercere , quamdiu tale pericu
lum durarit.

3. QU AERO. Quinam ob irregularita
tem arceantur à susceptione Ordinum?

R. p.

git; sed Resp. 1. Omnis infamis tam juris quā facti infamia, contrahit irregularitatem, suspicionem Ordinum impedirent. Dupliciter autem incurritur.

1. Per sententiam definitivam, quā quis à Iudice de criminē condēnatur.

2. Per aliqua crimina, quibus ex iuris dispositione irregularitas est annexa, ut sunt simonia duellum, crimen laesae Majestatis, hæresis : atque etiam cum incurruunt hæreticorum fautores, hæreticorum & fautorum filii, Cap. statuimus 2. de heret. in. 6. Si Pater est hæreticus, filius & nepos sunt irregulares: Si Mater. filius tantum, Quod intellige, si moriantur ut tales. Ita Pōtīfex. Sed adverte quod filius debeat nasci Patre jam hæretico, & debet fuisse probatus talis,

Resp. 2. Esse aliquas irregularitates, quæ sunt impedimenta ad Ordines, quæ tamen non proveniunt ex criminē, qualis est ex defectu corporis. Omnis enim defectio membra reddens hominem inhabile ad celebrandum, vel saltem efficiens, ut sine no-

P p 2 tabi-

676 RESOL. PASTORAL.

tabili deformitate ac scandalo celebrare nequeat: inducit irregularitatem, & hoc in dubio judicio Episcopi relinquitur. Sic irregularis judicatur, qui caret visu oculi *sinistri*: ita ut cogatur deformiter ad librum se vertere. *Gibbus* non inducit irregularitatem, nisi sit notabilis nimis deformitas; nec claudicatio, si non sit tanta, ut scipionem vel pedem ligneum in altari requirat. Qui *morbum caducum* patiuntur, numquam possunt ordinari, & post ordinationem non possunt celebrare, quamdiu periculum fuerit; idem dic de *ob sessis* & *arreptitiis*. Irregularitatem etiam & impedimentum ad Ordines incurruunt *bimagi* & *illegitimi*, Bigamiciuntur, qui bis matrimonio fuerunt juncti, vel qui contraxerunt cum vi-
dua aut corrupta, vel etiam quando quis cognoscit uxorem post adulterium, sive sciat, sive non. *Illegitimus* autem dicitur, qui ex copula fornicaria seu illegitima natus. Per matrimonium tamen subsequens, filii fornicarii sunt legitimi, si sint filii naturales, hoc est,

qui geniti sint ex parentibus, inter quos tempore conceptionis vel nativitatis taliam filiorum, nullum erat impedimentum, quod redderet matrimonium nullum inter illos. Spuriz
nim, hoc est, orti ex parentibus qui tempore conceptionis & nativitatis impedimentum dirimens habebant, manent illegitimi. In hac irregularitate solus Papa dispensat ad Ordinem sacram, & beneficium curatum. Ad minores Ordines, & beneficium simplex dispensat Episcopus.

4. QUAERO. *Quid de irregularitate proveniente ex homicidio, quando incurrit, ita ut impedit ordinationem?*
 Resp. 1. Ex homicidio voluntario, hoc est, directe & per se intento, incurrit irregularitas, quæ extenditur ad mutilationem, dum membrum aliquod abscinditur. Atque etiam incurrit mandantes, aut consulentes tale mutilationem. Resp. 2. Non incurrit, qui non valens aliter evadere, mutilat invasorem. Si tamen possit fugere, incurrit, nisi sit fuga periculosa, vel igno-

PP 3 minio-

miniosa; quia tunc censetur moraliter
mors inevitabilis, & non est culpa.
dem sentiunt multi, si occidas ad re-
rum tuarum necessariam defensionem.
Item si ad licitam proximi defensio-
nem, cum moderamine inculpatæ tu-
selæ. Quantum ad eos qui militant,
nemo ex bello justo ad vitæ defensio-
nem necessario, irregularis est, licet in
eo occidat. Militantes verò in bello
justo aggressivo, sunt irregulares, si
propriis manibus mutilarint, alias nō,
ut ex communi docet Molina Clerici
tamen in aggressivo bello etiam justo
militare non possunt, maximè si sine
Clerici in Sacris. Capitul. caus. 23. qua-
stione octava. Possunt tamen ex pia
causa & Superioris licentia illi inter-
esse, & sine periculo alios exhortari
ad strenuè pugnandum. Respond.
Quantum ad homicidium casuale
(quale dicitur, quod præter intentio-
nem, & absque necessaria defensione
contingit) si quis det operam rei etiā
licitæ, si non adhibet debitam cir-
cumspictionem, ne noceat, & se-

qua-

quatur ex opere homicidium, sit irregularis, quia censetur tunc homicidium in causa voluntarium. Si debitam diligentiam quis adhibuerit, non incurrit, etiam si det operam rei illicitæ, nisi in casibus à jure expressis. Ratio est, quia tunc censetur involuntarium, & per diligentiam abstergitur periculum, ratione cuius actus talis possit tendere ad homicidium. Advertè verò, cùm multi concurrunt ad actum pericolosum, si quis occiditur, omnes censeri irregulares. Sic si multi ex consulo eundem hominem sunt aggressi, licet ex unico vulnere moriatur, omnes de homicidio & irregularitate tenentur, quia censentur una moralis causa homicidii. Item cū multi jacint lapides, & nescitur quis occiderit, omnes censendi sunt irregulares.

s. QU AERO. *Quid de illis qui in iudicio concurrunt ad causam sanguinis. Accusator, Testis, Notarius, Iudex, &c.*
Resp. 1. Si ex accusatione alicujus sequatur mors. Accusator sit irregularis.

Si tamen Clericus protestetur se non intendere judicium sanguinis, non sit irregularis, ca. 2. de homicidio. Ethoc verum est secundum multos, licet haberet animum protestationi contrarium, quia jus pontificium non videretur requirere nisi externam protestationem, disponens de actibus externis. Accusans de crimine quod mortem non meretur, si Iudex morte puniat, non sit irregularis. Resp. 2. Idem dicendum de teste, quod jam dixi de accusatore. Hoc tamen adverte, quod testis Clericus nullo jure excipitur, et iam facta protestatione, sicut Accusator, Resp. 3. Iudicem & cæteteros inferiores ministros in causa sanguinis, putat belliones, procuratores, sollicitatores, fieri irregulares. Potest tamen Episcopus Abbas, vel alius jurisdictionem habens sine, irregularitatis metu causæ criminalis alteri actione injungere: quia voluntas committentis jurisdictionem, non fertur ad homicidium, sed ad justam gubernationem. *Adverte vero* juxta Capit. Sen.

tentiam sanguinis, non posse Clericos
in loco supplicii assistere. Quod re-
stringit communis sententia ad Cle-
ricos in Sacris, & Beneficiarios. Atque
Suarez, & alii id etiam solum putant
in illis veniale. Hæc satis ad nostrum
propositum de his irregularitatibus,
de quibus videri possunt Sayrus Su-
arez. Filiuc. & alii ex professo tractan-
tes.

CAPUT II.

De Lectione horarum, ratione ordinis.

QUAERO. An teneantur in Sa-
cristi constituti, sub peccato mor-
tali legere horas canonicas? Resp. tene-
ni, & quidem mortifere peccare etiam
semel omittendo. Est communis sen-
tentia, contra Angelum & Rechardum,
qui dixerunt non esse peccatum morta-
le, nisi quis consuetudinem omittendi
habeat, vel ex contemptu faciat. Imò
plerique docent esse mortale vel unam
horam negligere, puta tertiam, vel
sextam, vel completorium. Non assen-
tior tamen Navarr. docenti omissione
nem tertiar partis, v. gr. unius Psalmi
cum

cum hymno, in sexta, vel tertia, aug
nona, esse peccatum mortale; nec enim
adeò materia gravis videtur, ut sub
peccato mortali prohibeatur. Quin
immò videri etiam possit alicui pro-
bable, unius horæ brevioris, puta ter-
tiæ, aut sextæ, omissionem ex negli-
gentia, non esse mortalem, quia cum
opinio communior afferat esse unicū
præceptum, quo præcipitur totum
divinum officium recitari, dici posse
respectu hujus totius, unius horæ o-
missionem non esse notabilem partem.
Sic si præcipitur alicui ex pœnitentia,
vel aliter, unam horam & medium im-
pendere orationi, vel simul, vel divi-
sim, si mediū quadrantē horæ omittat,
non censeretur peccare mortaliter. Itē
si cui præcipererur aliquo die recitare
quadraginta Psalmos & tres aut qua-
tuor breves illo die contingat cū ne-
gligere, an cēsetur notabilis adeò ma-
teria, ut peccati mortalis reatum in-
curreret? Hæc afferri possunt pro hac
sentētia: nā in officio divino ferè qua-
draginta Psalmi incurruunt, cum le-

ctionis

ertia, aut̄ ionibus, capitulis, antiphonis, ora-
ne enim ionibus; dum autem omittitur, tertia,
, ut sub el sexta, tres Psalimi omittuntur cum
ir. Quin. nucis adjectis; ita ut in omnibus re-
licui pro- itandis, non impendatur nisi horae se-
, putat ter quadrans. Debet autem esse valde
ex negli- grave quod mortale esse censetur, nam
quia cum ius punire morte æternâ alienum est
esse unicū divina bonitate, cum in foro civili
ur totum tale punire morte temporali ensere-
lici posset tur tyrannicum, ut rectè advertitit Re-
s horæ o- ginald. p. I. q. 6. Sic Laici in ordine S.
n partem Francisci pro sexta aut tertia dicere te-
nitentia, dentur septem *Pater noster*. Cur pro o-
diam im- missione negligentis septem *Pater* con-
vel divi- demnaremus eos peccati mort. cum
omittat, videatur non esse satış gravis materia?
aliter Itē An qui vovisset seplies in die dicere
e recitare septem *Pater*, peccaret mortaliter o-
aut qua- mittendo septem? Cum ad 80. Pater
at eū ne- obligentur dictim, septem vix est no-
ideō ma- tabilis pars. Confirmatur: Quia qui mu-
atum in- tat officiū, puta de Dominiça, & ut bre-
t prohae vius sit, dicit de Festo Duplici ad libi-
ferè qua- tum, non censetur peccare, mort. & ta-
cum le- men longè plura omittit, quā qui Ter-
ctioni- tiam

684 RESOL. PASTORAL.
tiam solā. Dices: Ille implet præceptū
quoad substantiam 7. horas persolvēs,
alter autem unam ex 7. omittens, ali-
quid omittit quod spectat ad substan-
tiā Resp. id quidem verum esse, sed
tamen illa substantia omissa non vide-
tur satis notabilis pro peccato mort.
Nec sequitur: Una hora omittitur, er-
go peccatū mortale committitur. Nā
qui Sabbato sācto omitteret Vespertas,
quæ constant Psalmo Laudate, cū Ma-
gnificat & Oratione, videtur quid leve
omittere, est tamen una hora. Item qui
obligaretur ad Officium B. Virginis,
omittens unam horam parvam, vide-
tur non peccare mortaliter.

2. QUÆRERO. Quānam sit justa causa
excusans à lectione horarum? Resp. I. ex-
cusat morbus, v. g. si absque notabili
dolore capitis, vel oculorum, aut simi-
li molestiā recitare nequeas.

2. Si periculum gravis malī incurre-
res, sicut potest fieri inter hæreticos.

3. Si concio velalia functio publi-
ca omitti deberet, vel convenienti
modo fieri nequiret, nisi horæ omit-
tantur,

TRACTATUS VII. 685

tantur. Quod si quis vel ob debilitatē; vel aliam ob causam, saltēm majorem partem dicere nequit, ad nihil teneatur: si majorem partem potest, teneatur illam recitare, ut docet *Navarr.* & alii. Recte tamen advertit *Binsfeldius*, hic non oportere angī nimiis scrupulis, quia non requiritur ut homo in moralibus extremum potentiae exerat; dicimur enim posse, quod commode, & sine probabili corporis periculo possimus, quod Medicus aut æger prudenter judicabit. Adde si ob infirmitatem non potes recitare nisi ope socii, nec consueveris eo uti, non teneris; secus si consueveris; inquit *Less.*

4. Non excusatūr quis; eò quòd in studiis versetur, aut quod iter faciat, ut communis habet opinio. Qui ergo iter faciunt, & secum Breviarium non deferunt, non excusantur à peccato; qui in culpa sunt sibi impedimentum ponentes voluntariè. Qui autem caret Breviario sine culpa, nec pro tali tempore potest habere, excusatūr.

Qq

3. Quidam

3. QUAERO. Utrum tonsurati teneantur ad Psalmum Misere? Resp. etiam si constituto recitandi, non videtur tamen obligare per modum præcepti, sed per modum consilii, & ex decoro.
Ita Lef.

4. QUAERO. Quale peccatum sit syncopare dictiones, vel absorbere syllabas? Resp. 1. est syncopa, cum intercurrit verborum quædam omissio, ut fit dum priora verba junguntur ultimis, absorptis mediis, vel dum ita celeriter expediuntur horæ, ut articulatæ voces non percipientur; vel dum inchoantur Versus, antequam alii, qui simul legunt, finiant. In his ergo cù est gravis excessus, peccatum mortale incurri potest, & obligatio repetendi. Unde in capitulo Dolentes, quod desumptum est ex Concilio generali Lateranensi sub Innocentio 3. dicitur: *Districtè præcipientes in virtute obedientiae, ut divinum Officium studiosè celebrent pariter & devote. Ubi illud, studiosè, opponitur illi quod est cursim & syncopando recitare, ut explicat Glossa. Vultque Concilium*

TRACTATUS VII. 687

Concilium tollere abusus , qui erant
in quibusdam Ecclesiis, maximè Col-
legiatis, ubi ob celeritatem non per-
solvebantur, ut decet , Officia divina
Estque præceptum grave , quando-
quidem strictè & viruſe sanctæ obe-
dientiæ præcipitur: neque ſolum con-
cernit in Choro cantantes, ſed etiam
legentes, quamvis facilius in Officio
publico peccati gravis reatus incurra-
tur, quam in privato. *Adverte* tamen,
ſi quis involuntariè quædam absor-
beat, v. g. ex lingua præcipitentia,
balbutie, vel inolita consuetudine,
quaꝝ corrigi nequeat, non cenebitur
peccatum. *Reſp.* 2. absorbere sylla-
bas, non eſſe ordinariè niſi veniale,
quia manet integra precum ſubstan-
tia, ita ut intelligi etiam poſſit : &
quando id fit involuntariè , nullum
cenſetur peccatum.

5 *Quæro.* Quale peccatum fit hora-
rum interruptio? *Reſp.* in privato Offi-
cio, ſi fiat abſque cauſa , ſolum eſt ve-
niale; manet enim ſubstantia precum,
licet in medio curſu fiat aliqua inter-

Q q 2 missio,

missio. Unde etiam si duret per unam aut duas horas, non est obligatio repetendi, quod ante recitatum est: quia singuli Psalmi, imò & versiculi suam habent significationem, Ita *Leff.* cum multis aliis.

6. QUÆR. *Vtrum si quis interrum-*
pat officium animo repetendi jam lesta, sa-
tisfaciat si postea non repetat, sed solum
sequentia adjungat? Resp. non teneri
repetere; sufficit enim quod mutet
propositum. Sic qui die festo audivit
Sacrum animo non satisfaciendi præ-
cepto; sed audiendi aliud, potest mu-
tare animum, & non audire. Ratio est,
quia simpliciter præcipitur audire Sa-
crum attente & devotè, non autem
præcipitur ut animo implendi præce-
ptum audiat. Potest enim nihil cogi-
tare de præcepto, aut de Festo, & ca-
men audire Sacrum, & adimplere præ-
ceptum Satisfactum ergo tunc est in-
tentio Ecclesiæ quo ad rem præce-
ptam. Ne tamē quis censeatur præce-
ptum contemnere in animo, explicitè
vel implicitè debet censi *ri velle obe-*

dit;

TRACTATUS VII. 689

dire, vel per hoc opus, vel per aliud. Unde si expressè intendat non satisfacere per hoc opus, debet habere animum satisfaciendi per aliud; alioquin peccat contra præceptum, non quidem omissione operis externi, sed interno contemptu; quia non vult obediens præcepto; quamvis re ipsâ obdiat, faciendo opus. Illum autem animum debet habere, quamdiu manet in priore proposito, quo vult non esse satisfactum præcepto, opere præcedenti. Itaque si mutet hoc propositum, non est necesse ut permaneat in voluntate operis iterandi, nec tenetur iterare: quia non amplius censembitur præceptum contemnere. Idem dicendum de precum repetitione. Hæc *Less.* lib. 2. cap. 37. dub. 10.

7. QUÆRO. Quale peccatum fit mutatione officii? Resp. etiam si fiat voluntariè, non esse mortate, v.g. si loco officii de feria, dicas de venerabili Sacramento, aut aliud officium. Ratio est, quia substantia præcepri servatur. Ecclesia enim primario præcipit septem ho-

ras, quod autem fiat de hoc vel de illo festo officium; pertinet ad modum & circumstantiam secundariam, quæ non censetur tanti momenti. Ita communior sententia.

8. QUÆRO. Quale peccatum fit mutantia ordinis inter horas? ut si Prima recitetur ante Matutinum, vel Sexta ante Tertiam? Resp. Non esse peccatum mortiferum, quia ordo horarum non est sub præcepto nisi secundario, nec censetur tanti momenti. Unde facile datur justa causa mutandi. Sic justam causam existimo in Parocho, qui in diebus solemnibus manè debet cantare Matutinum cum Landibus in Choro, & propter confessiones audiendas, & Missam celebrandam, non est redditurus ante meridiem justam, inquam, causam habet, si reciteret Primam, & alias horas minores ante Matutinum; quod aliquando practicavi. Nam & communice tradunt posse aliquem in Choro persolvere horas quæ canuntur, etiam si contingat illum neandum persolvisse ali-

quam

TRACTATUS VII. 691

quam ex horis præcedentibus. Imò cū quis accedit ad Chorum, & jam pars inchoata est, potest prosequi cum aliis, & postea supplere partem omis-
sam. Addit *Tolet.* si à viro gravi invite-
ris ad recitandas, verbi gratia, Vespe-
ras, & neendum recitaveris Nonam, es-
se justam causam.

9. QUAERO. *De tempore electionis ho-*
rarum Resp. ad vitandum peccatum
mortale sufficere ut recitentur ante
medium noctis sequentis : est verò
veniale, si absque causa tempus nimis
præveniatur, vel nimis differatur. Ex
consuetudine autem licitum est reci-
tare Matutinum & Laudes pridie, et
iam ante Solis occasum, sive ante cœ-
nam, sive post cœnam ; post tempus
scilicet Vesperarum & Completorii,
puta circa quartam aut circiter. Lau-
des adjungi possunt & sejungi, & in
alterum diem differri. Parvæ horæ
non possunt dici pridiè, sed solum
post medium noctem, possunt tamen
omnes usque ad Vespertas exclusive,
ob aliquam honestam causam recita-

Qq. 4

xi mao

ri manè, teste *Navarr.* imò si causa iusta adsit, etiam Vesperæ adjungi possunt, teste *Cajet.* quod apertè habetur, c. i. de celebrat. *Missarum*, ut si instaret profectio, vel alia longa occupatio, vel amicorum interpellatio; imò major quies & devotio, posset legitima causa censi, ut notat *Cajetanus*.

10. QUAERO Utrum peccet mortalius, qui spontè distrahitur, modo integrè omnia pronunciet? Resp. hic esse dupl. cem sententiam, unam quæ affirmat, & est probabilior; alteram quæ negat, & absolute probabilis etiam censetur, haberque multos recentiores Theologos faventes. In hac sententia, sufficit quod quis integrè persolvat officium, & exterius non faciat ea quæ incompatibilia sunt cum interna attentione, ut puta fabulari, pingere, scribere, jocari. Qui horas persolvit dum se induit, vel exuit, vel faciem lavat, potest ne quidem venialiter peccare; quia hæc non necessariò impediunt animi attentionem. Unde & præscribuntur aliquæ orationes;

tiones, dum in Missa quis induit se, vel
lavat.

II. QUÆRO. *Quid dicendum de eo,*
qui nihil anima lvertens, bonam partem
Ecclesiastici Officii persolvit, animo va-
riis cogitationibus distracto, an scilicet re-
petere debeat? Resp. nihil repetere de-
bere: nimirum quia mentis distractio
minime fuit voluntaria. Sed quid de-
cojudicandum, qui recitat, & postea
penitus obliviscitur id quod ante re-
citârat? Hinc enim existunt multo-
rum inanes scrupuli, qui cùm inte-
grum Psalmum recitaverint, non re-
cordantur amplius ejus quod recita-
verant, & ideo repetunt, ac deinde
obliviscuntur quod repeterint. His-
ce scrupulosis hominibus mederi o-
portet, suadendo eis, ut nihil repetant,
alioqui si semel eis concedatur, ut di-
cta replicent, innumeris scrupulis a-
ditus patebit: nam tertio & quartò, ac
sæpius iterata à capite recitabunt. Ita
Azor. l. 10. c. 3.

De obligatione Beneficiatorum ad
legendas Horas, & in defectu de ob-

Q q s

liga-

694 RESOL. PASTORAL.

ligatione restituendi fructus. V. eum-
dem c. 14 & Binsfeld p. 4. c. 12. Less.
l. 2. c. 34. dub. 32.

TRACTATVS VIII.
RESOLUTIONES QVÆSTIO-
num & Casuum Pastoralium.
CIRCA MATRIMONII
Sacramentum.

CAPVT I.
De Denunciationibus.

I. VÆRO. Quot Denunciations, &
quando sint facienda? Resp. Tri-
dent. tres Denunciations à proprio con-
trahentium Parochio, tribus continuis die-
bus festivis, in Ecclesia inter Missarum
solemnia publicè faciendas. Hic autem
aliqua notanda.

Primo, peccari mortaliter si illæ
omittantur, quia præceptum est de re
gravi: Putat tamen Rebellois cum qui-
busdam, non esse mortale unam o-
mittere, quando moraliter certum est
nullum esse impedimentum. Quod
esse probabile existimant alii

z. Quan-

J.eum.
. Leſſ.
III.
STIO.
um.
NII
iōnes,&
sp. Tri-
orio con-
nūis die-
fissarum
autem
si illæ
st de re
im qui-
nam o-
rum est
Quod
Qan.

TRACTATUS VIII. 695

2 Quando eſſer aperta & gravis ne-
cessitas contrahendi ſine proclama-
tionibus, nec poſſet Epifcopus adiri;
Poſſet tunc illis non prämuſſis Paro-
chus matrimonio aſſistere : quia cum
illæ non ſit de eſſentia matrimonii ſed
tantum ex präcepto Ecclesiæ in tali
cauſa neceſſitatis, quando ſciliſet im-
minet grave danno, präceptum
iſtud non obligat. Ex. gr. ſi quis in pe-
ticulo mortis cum concubina vult
contrahere, ut legitimet prolem.

Caſus huic ſpectans paucis abhinc
diebus occurrit. Quidam miles juven-
culam quandam poſt fornicationes
in uxorem cupit ducere, imò & de fa-
cto cum ea ſponsalia jurat: deinde ac-
cedit Parochum puellæ, coram illo
matrimonium cupiens contrahere,
ſed ſine denunciationibus, ſibi enim
ad caſtra redeundum citò eſſe afferit;
vultque deſerere puellam ſibi jam af-
fidatam, potius quam expeſtare tem-
pus de nunciationum. Quærebatur
an Parochus poſſet aſſistere talium
matrimonio, ut consulat huic puellæ

Q q 6 quæ

quæ relinquenda est ab illo, vel in fornicationis statu cum illo permanera? Respondi, cùm Episcopus facile adiri non posset ad dispensandum, & moraliter esset certus Parochus nullum subesse impedimentum (de qua etiam consulebam juramentum, per à contrahentibus) potuisse in foro conscientiæ assistere, & hanc esse sufficiemt causam bonum animæ utriusque. Non tamen excuso contrahentes, si fictio intercedat festinationis, ad evitandas denunciaciones. Posset tamen & in illis etiam excusatio esse à mortali ex aliqua ignorantia, quia fortè non putent has denunciaciones esse præcepti rigorosi, sed cuiusdam solùm solemnitatis, quam omittendi existimant se habere ob pudorem justam aliquam causam, ideoque non esse hic fraudem in re gravi.

3. Adverte quosdam existimare quando timerur probabiliter matrimonium malitiosè impediendum; si præmittantur proclamationes, solā tūc auctoritate Parochi posse ante eas

contia-

TRACTATUS VIII. 697

contrahi; si modò proclamationes fiant antequam matrimonium consummatur. Et hoc habet fundamentum in Trid. sess. 24. c. 1. ubi dicit: *Quo iſi aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri poffe, ſi tot præceſſerint denunciationes; tunc vel una tantum denunciatio fiant, vel ſaltem Parrocho, & duobus vel tribus testibus præſentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius conſummationem denunciationes in Ecclesia fiant; ut iſi aliqua ſubſunt impedimenta facilius detegantur.*

4. Non censetur mortale ſi continat ſine fraude interpellari denunciationes, ita ut non fiant continuis festi- vis diebus, modo non diu intermittantur. Imò nec veniale erit, ſi ex inad- vertētia intermittatur aliquis festivus dies, aut ex aliqua cauſa. Adde ſi tres dies festivi ſtatim ſeſe mutuò ſubſequantur magis haberij finē intentū per Tridentinū, ſi non cōtinuis illis feſtis denunciationes omnes fiant, ſed ex- pectetur, donec intercedant alii feriales, ut poſſint impedimenta detegi.

Qq 7

Hoc

in for-
nsura?
e adiri
mora-
nullum
are et-
peti à
ro con-
e suffi-
utrius-
rahens-
tionis,
Posſet
eſſe à
quia
tiones
uſdam
ttendi
m ju-
e non
imare
natri-
n; ſi
ſolā
e eas
cia.

Hoc tamen etiam non est præcepti.

5. Debent fieri in Ecclesia, in Missa, juxta Trid. Quorundam tamen locorum etiam consuetudo obtinuit, ut in Concione extra Missam, si ad eam confluit ordinariè populus, possint fieri. Imò & in his partibus non sit scrupulus, si aliqua ex denunciationibus in Vesperis fiat, ad quas major pars populi concurrit, maximè si omissa fuerit in Missa inadvertenter, vel etiam quia nondum fuerat inserviata voluntas contrahentium, vel alia ex causa. Atque in his omnibus habetur finis intentus per Trident. quod scilicet majori parti Parochiæ innotescat Matrimonium.

An vero eodem die quo tertia denunciatio fit, jungi possint matrimonia, vide consuetudinem. Alicubi id prohibetur, alibi proclamatis bannis in Missa, non sit scrupulus, si in vesperis conjungantur. In Diœcesi nostra id aliquando puto fieri, nec prohibitiō nem reperio in Parochiali aut Synodo. Prohibetur vero eodem die con-

jungi

TRACTATUS VIII. 699

jungi, si unica solum fiat proclamatio remissis aliis per Rubrum sigillū. Voluit tamen Anton. Albergat. Nuncius Apost in decretis Visitationis id etiam non fieri in tertia die proclamationis sine licentia Episcopi; sed non puto usu receptum, nec solere peti licentiam etiam in ipsa urbe Leod.

2. QUÆRO. Quid intelligatur nomine diei festi? Resp. intelligi festos ex præcepto & consuetudine, vel etiam ex devotione, etiam si non servetur festus dies, nisi usque ad meridiem, inquit Possev. Rationem dat, quia ubi Concil. non distinguit, nec nos distingue re debemus, & in omnibus salvatur mens Concilii, quæ est ut denuncia tiones fiant tempore quo audiantur à populo, his autem diebus populus confluit ad Ecclesiam. Addit doctissi mos Romæ consultos sic respondisse.

3. QUÆRO. An matrimonium post de nunciationes statim sit celebrandum, aut si diu differatur; iterum sint denuncia tiones faciendæ? Resp. esse quamquam declarationem Congregationis Car dinalium, quâ approbavit decretum

ti.
Missa,
loco-
ut in
eam
nt fie-
scrut-
busin
rs po-
fa fue-
etiam
olun-
causa.
finis
ilicet
t Ma-
ia de-
rimo-
ubi id
annis
vespe-
straïd
bitio
Syno-
con-
ungi,

Concil. Ravenn. 2. quod hi qui peractis denunciationib. intra quatuor menses non contraxerint, non possint contrahere, nisi iterum peractis denunciationibus, arbitrio tamen Episcopi. In Diœcesi nostra cùm sponsalia contrahunt in facie Ecclesiae, jurant se ante quadragesimam diem matrimonium celebraturos.

4. QUÆRO. *A quo debeant fieri denunciations?* Resp. à proprio contrahentium Parocho. Ita enim exprimit *Trid.* Quando verò contrahentes suæ ex diversis Parochiis, proclamationes debent fieri in utraque. Sed quæres quis sit proprius contrahentium Parochus? *Respondeat Congregatio Concilii,* illum esse hic proprium Parochum, in cuius Parochia contrahentes habitant, quo tempore matrimonium contrahunt. Unde quod *Sanchez* dicit debere fieri in Parochia, in qua diutissimè habitarunt, non est necessarium. Imò nec aliquando convenit, cùm enim aliqui jam diu antiquas Parochias deseruerunt, non censentur amplius

TRACTATUS VIII. 701
amplius qui ibi sunt Pastores, horum
Parochi, nec quantum ad Sacramen-
tum Pœnitentiæ, aut Eucharistiæ, nec
quantum ad Matrimoniu[m], aut alia Sa-
cra menta, igitur nec etiam quoad de-
nunciationes. Ergo generaliter, Paro-
chus qui censetur proprius Sacerdos
quoad effectum Confessionis annuæ
& Communionis Paschalis, censetur
etiam propriùs pro administratione
matrimonii, & consequenter pro de-
nunciationibus faciendis. Pruden-
tiam Parochus si dubitet de aliquo
impedimento, exiget testimonium à
Pastore illius loci à quo hic conju-
gendus recessit. Hinc patet quid dicé-
dum de famulis & ancillis, quæ modò
in uno loco habitat per unum annum
aut alterum, modò in altero loco per
simile spatiū, & sic frequenter mu-
tant; quæritur pro illis, in quo loco
denunciations faciendæ sint? Re-
spondent aliqui, in loco originis; sed
id non est necessarium. Possunt enim
fieri in loco, in quo contrahunt, si ibi
fixerint domicilium, & maximè, si
per.

eractis
men-
nt con-
denun-
iscopi-
ia con-
rant se
trimo:

feri de-
ontra-
primit
es sunt
tiones
uæres
n Pa-
Con-
Paro-
mentes
nium
ez di-
n qua
eces-
venit,
s Pa-
entur
plius

per majorem partem anni commora-
ti fuerint, & animo illic commorandi
venerint. Sicut enim quantum ad
Confessionem & Communionem Pa-
schalem sunt illius Parochiæ, in qua
jam degunt: ita & quantum ad matri-
monium, ac ejus denunciations. Non
nego tamen si non sint satis noti, o-
portere diligentiam adhibere, ut te-
stimonia afferant de loco, in quo diu-
tiùs morati sunt, vel in quo magis
noti esse possunt. Unde in Namurcen-
si Synodo, tit. 6. cap. 17. rectè sic ordi-
natur: *Parochi extraneos in Parochiis*
fuis commorantes, nonnisi viis Ordina-
riorum aut Parochorum suorum litteris,
quod soluti sint, fidem facientibus ma-
trimonio jungant. Quod si eas ob nimiam
distantiam habere non possint, juramen-
tum ab eis exigant, quod nullum norint
impedimentum.

5. QUAERO. An Episcopus possit dispen-
sare in omnibus denunciationibus pro
arbitrio? Resp. cum Trident. relin-
quathoc non liberæ voluntati, sed
prudentiæ Episcopi, censem Thelogi-
requiri

TRACTATUS VIII. 703

requiri justam causam; Justæ autem causæ multæ sunt, & aliquæ specificantur apud Sanchz & Filluc. Miror vero cum tam multæ sint, cur unica sanctorum exprimatur, in omnibus remissionibus bannorum, quæ sunt per Rubrum, ut vocant, sigillum, in hac Diœcesi. Semper enim exprimitur pro causa, quod sit suspicio probabilis, malitiosè matrimonium illud, pro quo petitur proclamationum remissio impeditum iri; cum hoc nec ita se habeat plerumque nec id narrant partes, aut impetrantes; immo nec de ea recogitent. Et quidem non est meum de illis quæ Superiores concernunt, inquirere. Non erit tamen abs re, si forte noverint Pastoribus aliquibus per id non satisfieri. Unde quidam hac in re scrupulosior, quærebat à me antutò posset tali dispensatione, vel impetracione uti, cū cōtineret falsam narrationem & causam Resp. vero ei non debere inquietum esse ea de re, cum sit illylus ordinarius; & licet aliæ ad sint, vel narratæ sint causæ non propter ea

pterea stylum ordinarium mutari per Notarium. Adverte quando duo diversæ Diœcesis contrahunt, sufficere relationem bannorum ab illo Episcopo, in cuius contrahitur Diœcesi.

6. QUÆRÔ. An teneatur quis aperire impedimentum factis denunciationibus quamvis sit occultum? Resp. affirmati-
vè. Et ratio est, quia major estratio habendæ salutis proximi quam famæ: Et quia quilibet tenetur Superiore præcipiente detergere peccatum infe-
rens damnum tertio. Et quamvis non possit probari, nihil refert, quia non tendit hæc denunciatio ad punitionem
criminis admissi, sed ad impediendum
admittatur. Sed quid si quis acce-
perit sub secreto, & juraverit secre-
tum tenere? Resp. non teneri tunc
juramento, quia lex de vitando ani-
mæ periculo, vincit legem de jur-
amento, & de servando naturali secre-
to. Si tamen ex sacramentali, confes-
sione sciret, non potest aperire. Item
multi putant non teneri denunciare,
si sine gravissimo suo incommode-

non

L.
utari per
duo di-
sufficere
Episco-
cessi.
uis aperi-
ationibus
ffirmati-
est ratio
m famæ:
uperiore
im infe-
nvis non
uia non
nitione
diendū,
is acce-
t secre-
eri tunc
do ani-
de jurā-
i secre-
confes-
. Item
ociare,
modo
non

TRACTATUS VIII. 705

non possit, aut sine magno etiam scandalo: quia tunc nec correptio fraterna obligaret, nec præceptum Superioris. Quod si impedimentum conjunctum esset cum infamia, & illud tantum quis audisset à personis fide indignis, aut incertis, non tenetur aperire, quia tum foret inefficax; consultum tamen esset monere contrahentes, si commodè fieri potest, & speratur frumentus.

7. QUABRO. *An ante denunciationes debeant præcedere sponsalia?* Resp. multis in locis non fieri denunciationes, nisi priùs sponsalia coram Parocho in facie Ecclesiæ contraxerint. Id verò non esse necesse patet ex praxi aliorum etiam multorum locorū, ubi sufficit cōfensus utriusque partis Parocho intimatus, sine sponsalibus saltem publicis; & hoc in usu est in his partibus Permittitur verò libertati contrahentiū; si sponsalia priùs cōtrahere voluerint. Si in aliquibus Diœcesib⁹ statutum sit de præmitrendis sponsalibus ante denunciationes, observetur.

8. Quae-

8. QUAERO. *An post sponsalia contra-
cta, si alteruter fornicetur cum alio, sit
circumstantia necessario in confessione ex-
plicanda?* Resp. Sanchez cum quibusdā
aliis ex parte sponsi non esse confiten-
dam; quia licet videatur circumstantia
specialis, ea tamen injuria quæ sit spō-
sæ, reputatur arbitrio prudentum le-
vis, ideoque non excedit culpam ve-
nialem. De hoc tamen ego dubitarem.
Quando se tenet ex parte fœminæ, ut
quando quis fornicatur cum sponsa
alterius de futuro, est confitenda, quia
est duplex malitia, una fornicationis,
altera fidei datæ in sponsalibus. Nam
licet pér sponsalia non acquiratur jus
in copulam, acquiritur tamen jus in
corpus alterius, quod violatur per for-
nicationem, ideoque irrogatur maxi-
ma sponso injuria.

*Adverte etiam hic, inter sponsos de
futuro non esse peccata mortalia nisi
tactus ex se impudicos. Unde eis li-
cent oscula, amplexus, tactus faciei
& manuum, & similia quæ non invol-
vunt aliquam impudicitiam. Cum e-*

DIM

TRACTATUS VIII. 707

nam habeant inchoatum quoddam jus
ad matrimonium, quatenus sponsalia
sunt disposicio ad illud, ideo etiam il-
lis permittuntur illa quæ sunt solum
dispositio & præparatio ad fovendum
affectionem, licet adjungatur voluptas a-
liqua remota & præambula volupta-
tum matrimonii. Quod tamen intelli-
gendum venit si cautela adhibetur,
ne contingat pollutio, nec periculum
probabile illius, vel periculum con-
sensus ulterioris in copulam, aut im-
pudicitiam.

Adverte 2. sponsos non posse se ob-
lectare imaginatione copulæ futuræ,
tam tamquam præsentem fingendo
quia opus & corporis immutatio, quæ
inde sequitur, est illis illicita in eo sta-
& ideo etiam illicita voluptas inde
proxime resultans. Si tamen appre-
hendant solum ut futuram, possunt de-
gaudere. Hoc enim non est aliud
quam gaudere de spe boni futuri, quæ
est præsens & licita.

CAP.

CAPUT II.

De præsentia Parochi, & testium.

1. **Q**UÆRO. *An sit deessentia matrimonii, ut Parochus interficiatur?* Resp. esse, in locis ubi Concil. est publicatum & receptum. Dico publicatum, quia hoc requirit ipsum Concilium, ut decretum hoc in singulis locis publicetur; & post triginta dies à publicatione robur habet. Dico etiam receptum; quia publicatum, sed non receptum, saltem quando decem anni transierunt, non obligat, inquit *Filius ex Navarro, Ledesma, Sanchio & aliis.*

2. **Q**UÆRO. *Quid de matrimonii quæ contrahuntur in Regionibus subjectis tyrannidi hæreticorum?* Resp. si in Parochia ubi contractus fit, non fuerit publicatum, impedientibus hæreticis, valida esse matrimonia, quæ ibi etiam ab hæreticis contrahuntur sine Parocho & testibus. Resp. 2. declaratum esse ab Interpretibus, si in Parochia tali publicatum fuerit legitimè hoc decretum; irrita ibi esse conjugia, quæ sine Parocho aut testibus contrahuntur;

TRACTATUS VIII. 709

hūtur, sive ab hæreticis, sive à Catholicis. Postea verò scripsit ex urbe Card. Bellarminus ad nuncium Apostolicum Belgii, in Regionibus subjectis hæreticis, ubi Pastores proprii nulli sunt, quantumvis olim ibi publicatum fuerit Concilium, rata esse matrimonia etiam sine Parochi præsentia; eò quod satis constet decretum Concilii, quod jubet matrimonia fieri coram Parochio, non se extendere ad ea loca, ubi nulli sunt Parochi. Postremò tandem pro similibus difficultatibus, iterum à sacra Congregatione declaratum est, ut in locis quæ subjecta sunt hæreticis, si Concilium ibi olim publicatum fuerit, irrita sunt conjugia, quæ citram formam Concilii contrahūtur, quando ibi aliquis Parochus inveniri possit, si verò nulli ibi Parochi sint (sub quibus comprehendere Sacerdotes alios, qui de licentia Ordinarii matrimonio interesse possunt) vel sint quidem, sed adire nequeant, rata sint etiam sine præsentia Parochi. Ita docuit publicè in Academia Lovaniensi Jac. à

R. F.

Castro

XI. RESOL. PASTORAE.

*Castro Theol. Doctor, & modò Episcopus
Ruremundanus.*

3. QUÆRO. An valeat Matrimonium,
si incolæ locorum, ubi Concilium est
publicatum transeant ad Parochiam,
ubi non est publicatum, & ibi clam
contrahant, & statim redeant? Resp.
validum esse, quia hoc decretum sic
obligat personas, ut tamen necessariò
respectus debeat haberi ad locum con-
tractus; ideoque cum contractus da-
turam loci sequatur, sive fraude, sive
non ad illum locum accesserint vali-
dè contraxerunt: quia quod fuit ne-
cessarium in eo loco, adhibuerunt. E-
contrà, si hi qui locum incolunt, ubi
non est publicatum Concilium, acce-
dant ad alium locum, ubi publicatum
est, & ibi contrahant sine Parochio, in-
validum est matrimonium; quia deest
solemnitas necessariò & essentialiter
requisita, ut in eo loco validus sit con-
tractus. Unde licet peregrini diver-
tentes ad alium locum per modum
transitus vel hospitiī, non autem ani-
mo ibi commorandi, non teneantur

ordi-

TRACTATUS VIII. 711

ordinariè ad leges hujus loci , tamen exceptio solet fieri in contractu , in quo adhibenda est solemnitas requi- sita à lege loci illius ubi fit.

Casus iste hic novissimè contigit. Advenit Nobilis quidam cum puella Nobili in nuptias cum eo consentien- te. Et quia puellæ avunculus impedi- mento erat, ne voto potirentur, è Gal- lia discedebant. Ibi autem non est pu- blicatum hoc decretum Tridentini, & ideo coram quolibet Sacerdote cō- trahere ad validitatē sufficit. Sic ipū ut sine strepitu matrimonium inirent, & tamen in facie Ecclesiæ , advenie- bant ad Ecclesiam Fratrum Mino- rum in Eremo nostra adducentes se- cum Sacerdotem è Gallia , qui eos coniungeret, nec istamen erat Paro- chus alterutrius partis, nec à Parochio ullo licentiam habens . Quærebat à me per litteras loci *Quardianus*, an non posset hac in re mere permisivi- se habere, non interdicendo eis Eccle- siam suam? Respondi Sacerdotem il- lum, ac contrahentes in errore versa-

R. 2

ri, &

ri, & idem monendos esse de nullitate contractus hujus matrimonialis quandoquidem in eo loco contrahatur, ubi Decretum Trident. Concil. receptum est, quod afficit quascumque personas ibi contrahentes, etiam venientes de loco, ubi Decretum istud non est receptum. Contractus enim sequitur naturam & leges loci in quo fit, unde si aliquid de essentia in illo loco requisitum omittatur, nullus est contractus, in hoc autem loco praesentia Parochi proprii partium contrahentium necessaria est, & ideo nullum fuisset matrimonium. Qua intellecta, recesserunt ad Parochiam vicinam, quae erat in Gallia, & ibi conjuncti sunt.

4. QUAERO. Qualis praesentia Parochi & testium requiritur? Resp. I. non tantum praesentia physica, sed & moralis ipsos adesse debere, ita ut appareat ipsos a contrahentibus adhibitos esse, & possint ea quae geruntur cognoscere: quia si coram dormientibus, vel ebrietate omnino sepultis, vel alias usu

ratio.

TRACTATUS VIII. 213

rationis carentibus cōtraheretur matrimonium foret invalidum. Resp. 2. testes cum Parocho simul debere concurrere: non enim sufficeret prius coram Parocho, deinde coram testibus absente Parocho contrahere. Sufficiūt autem testes qualescumque qui usu rationis sufficienti polleant. Unde infames, excommunicati, consanguinei servi, fœminæ, Religiosi, possunt hic esse testes. Est enim causa matrimonii favorabilis; & concurrunt cum alio fide digno, nempè Parocho, cuius idoneitas supplet.

5. QUÆRO. *Quid si Parochus vel testes inviti ad sint, vel etiam per vim aut dolum adducti sint?* Resp. valere matrimonium, ut declaravit Congregatio. Nihil enim obstat quod tamquam alia de causa vocati sint, atque inter convivandum (verbi gratia) coram illis res geratur etiam non premonitis, modò tunc appareat, contrahentes ipsorum præsentiam requirere, possintque ea quæ geruntur, cognoscere. Dico possint, quia si Parocho,

Rr 3 affe-

affectante de facto non intellexerit, judicat Congregatio valori matrimonii non obstat. Itaque non est necessarium, ut Parochus matrimonio adsit tamquam ex intentione exhibendi suam præsentiam auctoritativam in persona Ecclesiæ, sed omnino sufficit quod præsens sit, & possit testari apparentque quod ad illum actum adhibitus sit. Quod etiam juri conforme est, ex lege Coram Titio, de verborum significacione, ubi dicitur. Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat scire, non autem is velle debet, nam invito eo recte sit quod justum est.

6. QUAERO. Utrum Parochus possit dare licentiam alteri, ad assistendum matrimonio? Resp. affirmative, ita ut validum sit matrimonium, etiamsi contra Episcopi prohibitionem alteri licentiam dedisset, vel ipse interfuisset. Neque necessaria est licentia in scriptis, sed sufficit verbalis, etiamsi probatio non possit: imo non requiritur ut specie^s ad matrimonium solemnizand.

TRACTATUS VIII. 715

nizandum detur, sed sufficit generalis ad omnia Sacra menta administranda. sive ad exercenda sua Parochia illa quæ pertinent ad curam animarum in sua absentia, ut solent Pastores committere dum absunt. Non sufficit autem tacita licentia ex rati habitione vel tolerantia, ut declaravit Congregatio Cardinalium. Requiritur enim vel commissio generalis administrandi omnia Sacra menta, vel si haec non ad sit expressa & specialis licentia.

7. QU AERO. An Sacellani qui hanc delegatam habent auctoritatem, possint alteri Sacerdoti eam committere? Resp. non posse, nisi sint delegati ad universitatem causarum. Unde adverte, quod deservitor qui ad tempus, vel per Episcopum, vel per Parochum constitutus est ad administrandam curam pastoralem, alium sublegare possit ad hunc effectum, eo quod delegatus sit ad omnia negotia Pastoralia: & hec est potestas talis delegati juxta communē sententiam Jurisperitorū Vicarius

R. r. 4.

autem

autem Pastoris qui simul cum ipso curam administrat, eo quod non censeatur delegatus ad universitatem causarum, alium sibi substituere non potest, multominus quilibet aliis Sacerdos, quem forte Parochus in aliquo negotio sibi adjutorem adhibuerit.

8. **QUAERO.** *Quid si Parochus vel Sacerdos ab eo delegatus assistat extra Parochiam, an valeat matrimonium?* Resp. affirmativè, quia iurisdictio voluntaria qualis est assistentia in matrimonio, potest exerceri extra Parochiam: cum nulla irrogetur injuria alteri Judici, fiatque sine strepitu judicii. Sic etiam in confessione, potest absolvi subditus extra Parochiam.

9. **QUAERO.** *An Parochus debeat esse Sacerdos?* Resp. non esse necesse, quamvis is quem delegat Sacerdos esse debat. Sic enim restringit Trident. dicens, *coram Paroco vel alio Sacerdote.* Nec refert quod illa dictio, *Alius Sacerdos,* videatur implicare similem qualitatem Sacerdotii in Paroco: nec enim universaliter id est verum, ut pa-

tee Matth 25. Cum eo crucifixi sunt alii
duo latrones, ubi particula, *Alii*, non
implicat similem qualitatem, cum de
Christo sit sermo. Itaque cum Paro-
chus non Sacerdos exercere possit om-
nia, quæ ad jurisdictionem spectant,
nec ordinem requirunt, poterit assi-
stere matrimonio valide, non tamen
licitè; quia cum Parochus debeat be-
nedictionem dare, & ex præcepto Ec-
clesiæ dicere: *Ego vos conjungo*, hoc ut
decenter fiat, à Sacerdote debet fieri.
Itaque si contingenter Parochum non
Sacerdotem assistere, non potest stolâ-
uti, nec dare benedictionem.

10. QUÆRO. Quid si fuerit Paro-
chus excommunicatus, hereticus, schisma-
ticus, aut suspensus à divinis? Resp. si ha-
buerit Canonicam institutionem, aut
passim existimatam talem, quamdiu
ipse gerit se pro Parocco, nec ab Ec-
clesia per sententiam est privatus of-
ficio, aut possessione beneficii, non
impedit aliquid ex prædictis validi-
tatem matrimonii. Exhibitio enim
præsentia non est propriè actus juris-
dictio.

ditionis, ideoq; fieri potest etiam ab invito, etiam ab excōmunicato, ut declaravit Congregatio. Unde potest & alteri licentiam dare, quia nō est propriè actus jurisdictionis, sed tantum concessio alicujus actus, in quo Parochus est legitimus testis. Manet ergo in eo potestas substituendi aliū ad talē actū. Sed quid si aliquis sit intrusus in Parochiā, nec legitimus sit Parochus? R. si sit intrusus absque titulo proveniente à legitimo Superiore matrimonium coram ipso censetur invalidum; quia gesta pertalem, in neutro foro valent. Si verò habuit titulum à Superiore legitimo, sed invalidum ob vitium aliquid occultum, valet matrimonium; quia juxta communem sententiam, valent gesta per eum in utroque foro. V. quæ dixi in Resol. Casuum de Sacram. ingenere cap. 4. in fine.

C A P U T III.

De tempore & loco matrimonii contrahendi.

I. Q UÆR O. An in omni loco possit matrimonium contrahendi? R. ordinarie

TRACTATUS VIII. 719

arie in loco sacro debere fieri; cùm etiam præscribant Parochialia, ut Sacerdos assistens sit cum stola & superpelliceo. Ex causa tamen posset assistere etiam in loco non sacro, puta si malitiosè impediendum est matrimonium, vel sine periculo ad locum sacrū accessus non est. Unde inter declarationes Cardinalium lego hanc: *Ordinarius non potest prohibere quin matrimonium domi celebretur, servata formā Concilii; cum tamen maximè deceret, ut in Ecclesia celebretur, ad hoc bortari debet, non tamen precipere.* Ex quo colligere quis possit; non esse mortale assistere domi, etiamsi non adeo graves causæ intercedant, si modò solemnitates possea in Ecclesia peragantur, puta benedictio, & aliæ ceremoniæ in Rituali præscriptæ. De hac re iterum sic habet Rit. Rom. iussu Pii V. editum: *Matrimonium in Ecclesia maximè celebrari decet, sed si domi celebratum fuerit præsente Parocco, & testibus, Spousi veniant ad Ecclesiam, benedictionem accepturi; tuncque eis benedictionem*

*et onem conferat celebrata Missa. Hæc
ibi.*

*Adverte etiam quod id Parochiali-
bus solet præscribi, ut clarâ luce fiat.
Ratio est, quia nocturno tempore tu-
multus, & alia inconvenientia subse-
qui possent; alioqui his cessantibus ex
causa aliqua etiam nocturno aut ma-
tutino tempore ante lucem celebrare
licet matrimonia. Nam nec aliud ha-
bet nostrum Rituale, quam hæc ver-
ba: *Clarâ luce: illud celebrari conveniet.*
*Vide fol. 193.**

2. QUÆRO. *An teneatur Parochus
scribere Matrimonia?* Resp. teneri. Ita
enim decernit. Concil. Trident. Anta-
men sit peccatum mortale, quæri po-
test. Ex vi solius Irid. Concil. non vide-
tur colligi posse, adeò gravè, nullo e-
nim verbo rigoroso utitur. Quapro-
pter non facile condemnarim peccati
mortalis in locis ubi haec tenus non est
consuetū, nec ulla Episcopalis acce-
dit Constitutio rigorosa ea de re. Sic
omnino etiam conveniens esset, ut li-
ber Confirmatorum in Parochia ha-
ber-

Hæc
iali-
fiat,
e tu-
bse-
sex
ma-
rare
lha-
ver-
niet,
ochus
. Ita
nta-
i po-
vide-
lo e-
pro-
ccari
on est
acce-
Sic
it li-
ha-
perc-

TRACTATUS VIII. 721

beretur, quia contingit Sacramentum
istud iterati, defunctis parentibus, &
pueris non satis certam habentibus
memoriam confirmationis. De hac re
tamen etiam strictum præceptum pau-
cis in locis reperitur. Idem dic de libro
Defunctorum. De his enim omnibus
videndum, quo rigore obseretur
constitutio, vel consuetudo in quoli-
bet Episcopatu:

3. QUÆRO. An illicitum sit matri-
monium contrahere tempore, quod vocant
friarum, sive clausum, in Adventu, aut
Quadragesima? Resp. Iстis temporibus
prohibitæ esse solennitates nuptia-
rum, inter quas primò recensē solemn-
em benedictionem, deinde tradu-
ctionem sponsi ad dominum sponsæ
cum solemnitate. Item celebratio-
nem convivii nupcialis, cum sua pom-
pa, & solitis vanitatibus. Sed quæri-
tur, an sine Ordinarii licentia, sine so-
lemnitate matrimonium licite con-
trahatur? Resp. ex vi Concilii Trid. li-
cite contrahi. Et vi tamen particula-
ris constitutionum. vel consuetu-
dinis

SS

dinis

dinis vim legis habentis, in certis Diœcesibus noti esse licitum. Et quidem prohibitionem esse in Diœcesi Leodiensi, nisi de Ordinarii licentia, satis manifeste consuetudo interpretatur; quæ etiam passim in vicinis Provinciis vigorem obtinet. Imò eam prohibitionem aperte exprimunt Episcopales dispensationes in denuntiationibus clausulam continentis ordinariam, quâ concedunt sine denuntiationibus conjungi partes, non tamen tempore clauso, sed tempore aperto. Quæ clausula demitur, si licentia specialis pro illo tempore petitur, & hæc clausula inseritur, etiam tempore clauso, &c. Hanc ergo licentiam esse necessariam, vix remanet dubio locus; quamvis paucis ab hinc tempore dubium illud movere voluerint Dionantenses. In Diœcesibus quibusdam res est clarior, quia expressè per Statuta Synodalia prohibetur matrimonium eo tempore etiam sine solemnitate, prout pater ex *Syn. Mechlin.* & aliis,

41 Quæ

TRACTATUS VIII. 723

4. QUAERO. An sponsalia & denunciations censeantur inter nuptiarum solemnitates prohibitas? Resp. non esse, neque lege, neque consuetudine, atque ita omni tempore posse fieri. Non ita tamen decet hæc etiam fieri tempore illo quo matrimonia prohibentur, quia mens Ecclesiæ constituentes tempus feriatum fuisse videtur, ut Christiani circa majores anni solemnitates, & maximè tempore pœnitentiæ, sepositis curis sæculi & carnis, magis vacarent negotiis spiritualibus, & animæ saluti. Unde tunc tractare de matrimonio, sponsalia inire, denunciations facere, non est ita conforme menti Ecclesiæ. Sed cum intentio Ecclesiæ non cadat sub præceptum, non censentur prohibita hæc, Unde conluctum est alicubi tempore feriato ad finem tendente proclamationes fieri, puta in Festis Natalit, aut Paschal.

5. QUAERO. An sit peccatum mortale consummare matrimonium ante benedictionem? Resp. non esse, quia copula i-

S. 2

Ita

724 RESOL.PASTORAL.

Ita est inter veros conjuges , nec est prohibitio aliqua rigorosa. Nam Conc. Trident. hortatur tantum conjuges , ut ante illam benedictionem non consumment.

6. QUAERO. An teneantur statim co-
juges consummare matrimonium , si alter-
uter urgeat? Resp. non teneri , sed dari
eis à jure bimestres inducias , si de sta-
tu Religionis alteruter cogitare vo-
luerit , etiam si alter invitatus sit. Quod si
lapsus sit tempus duorum mensium ,
tenetur consummare , nec licet ingre-
di altero repugnante , quamvis si an-
te consummationem ingrediatur , quā-
tumlibet temporis sit elapsus , valida
sit professio. Hanc Sanchez etiam tunc
putat licitam ; sed repugnat Rebellus ;
& quidam alii.

7. QUAERO. Quid si sponsa statim post
matrimonium violentè cognita fuerit , an
Religionem ingredi possit ? R. probabi-
le esse quod sic , quia fraus & malitia
oppressori patrocinari non debent : &
alioqui sine culpa sua & invita jure suo
privabitur. Adverte tamen actu etiam

v10.

TRACTATUS VIII. 725

violentio matrimonium consummari,
& omnino insolubile fieri, quando-
quidem per talem copulam conjuges
fiant una caro. Unde si violata ingre-
diatur Religionem, vir in sæculo ma-
nens non potest aliud conjugium ini-
re, illâ vivente, quandoquidem per il-
lam copulam conjugium sit factum
insolubile.

C A P U T IV.

De cōsensu necessario ad matrimonium.

I. **Q**UAERO. *An matrimonii meus
contractum sit validum?* Resp. 1.
metus gravis ad extorquendū consen-
sum in justè incussus, inualidum red-
dit matrimonium. Resp. 2. metus qui-
cumque, qui non est incussus ad ex-
torquendum matrimonium, non red-
dit illud irritum. Resp. 3. metus gra-
vis si justè incutiarur etiam ad extor-
quendum consensum, non reddit ma-
trimonium invalidum. Ex his respo-
sionibus dēducitur resolutio casuum
sequentium.

i. *Casus.* Si parentes alicujus filiæ
defloratæ comprehendant illum qui

S C 3

de

defloravit, & verberibus (aut metu mortis sive verborum quæ minantur ei manibus propriis infligere, & se vindicare) extorqueant ab illo consensum, invalidum est matrimonium; nisi metu deposito, liberè postea consentiat. Ratio est, quia hic injustè vim & metum pati censetur, cùm nec mortem, vel verbera, similemque vindictam gravem per se & propriâ autoritate liceat inferre.

2. Si tales parentes defloratori vim talem non inferant, per verbera aut minas mortis à se inferendæ: sed solum minentur, nisi nubat cum ea, se à Judice pœnas debitas huic delicto procuraturos, atque actionem litemque intentaturos, validum est matrimonium, licet talis hoc metu inducatur ad consentiendum. Ratio est, quia talis metus non est injustè incussum, ideoq; magis censetur oriri ab intrinseco, cùm procedat ex lege & natura delicti, quam ab extrinseco; & non tam censetur incuti metus, quam declarari quid debeat sibi metuere ratione

tione delicti Et ita potius censetur auferri metus ob delictum concipiens, offerendo ei matrimonium tamquam medium ad illum evadendum. Unde paret Judicem posse stupratori virginis mortem minari, nisi eam ducat; cum id legibus sit consonum. Sicut & potest Judex per excommunicationem cogere sponsos ad contrahendum: nec prorrera irrita erunt hæc matrimonia, licet metu mortis, velexcommunicationis contracta.

3. Si quis matrimonium cum concubina metu morbi, vel naufragii contrahat, alias non consensurus, valet matrimonium, quia hic metus ab intrinseco est, nec inducitur ab alio ad matrimonium, sed à seipso: voluntariè enim eligit hoc, tamquam mediū, ut evadat periculum animæ vel corporis.

4. Idem dicendum, si quis in carcere positus contrahat cum aliqua, ut evadat illum carcerem, aut id faciat, ut evadat mortem alias justam, si modò

Sf 4 tamen

tamen non sit in illum carcerem detrusus, aut in istud periculum mortis, animo extorquendi matrimonium.

2. QUAERO. An matrimonium metu reverentiali contractum, irritum sit. R.
affirmativè, quando metus ille gravis censeretur. Metus autem reverentialis is dicitur, qui contingit ex reverentia quæ debetur Prælatis, Parentibus, ac Superioribus, v. g. quo filius patrem, pupillus tutorem, uxori maritum, subditus Principem timet. Itaque cum hic metus censeretur gravis, non solum matrimonium, sed & professionem Religionis irritare certū est. Censeretur autem gravis, quando minæ, gravia verba, vel gurgia interseruntur ab illo, quem reveremur & timemus. Unde si filius vel subditus in aliquam consentit, solum quia vult Pater aut Princeps, aut alias si non faciat, offensio existimat fore magna & diuturna, cum asperitate vultus, vel verborum, censeretur gravi metu contentire. Adiungunt aliqui, si parens vel alius cui hæc reverentia debetur, importunè urgeat & assi-

& assiduè petat preces illas & importunitatem conjunctam cum illa reverentia, quæ superiori debetur, æquivalere metui gravi. Vidimus de facto ob similem importunitatem declaratum matrimonium nullum in Diocesi nostra novissime in Parochia Adventuæ Palisiensi; ubi quedam quæ ob metum reverentiam & importunitatem parentum consenserat, & coram Parocho consensum expresserat, numquam tamen à viro post longam licet cohabitationem adduci potuit, ut consummareret matrimonium. Unde postea allegato, & probato hoc metu, matrimonium nullum declaratum est manetque ex nunc illa libera.

3. QUAERO. An qui ex metu tali contrahit, peccet? Resp. quando coactus fit cōsentit, peccat saltē venialiter, quia mentitur; secus si æquivocarer ut justè potest; non est verò mortale, quia non est mendacium perniciosum, inquit Filiuc, ex Sanchez, Quando autem verè consentit, nullo modo peccat, quia licet Sacramentum sit irxitum,

730 RESOL. PASTORAL.

ritum, tamen ipse non est qui irritat, sed Ecclesia, & talis consensus definit esse vera materia & forma, ut docet Sanchez disp. 16.

4. QUAERO. *Quid si accedit copula carnalis?* Resp. si accedit copula, quia matrimonium prius metu contractum, validum putetur, nullum erit matrimonium. Ratio est, quia non additur copula ut matrimonium perficiatur, sed quia perfectum putatur, prius autem non erat perfectum, ergo nec jam perfici dicitur. *Quod si sicut prior consensus ex metu gravi expressus fuit, ita etiam copula ex metu fiat, nullum erit matrimonium,* etiam si esset intentio consummandi illud. Immò cum matrimonium sit irritum, copula etiam subsequens est mortalis, nisi ignorantia excusat existimantem hanc copulam ratificari matrimonium. Itaque ut validetur hoc matrimonium, debet pars coacto metu jam deposito consentire liberè & spontè, & tunc affectu conjugali liberè copula habita potest illud ratificare. Atque sufficit per copulam

TRACTATUS VIII. 731

pulam affectu conjugali habitam, consensum exprimere. Imò per diuturnam habitationem spontaneam ratificatur data oportunitate recedendi. Talis enim censetur sufficiens signum consensus spontanei de novo habiti. De quo Sanchez disp. 9.

5. QUAERO. An non si necessarium tales exprimere consensum de novo coram Parocho & testibus? Resp. non esse, imò generaliter tradunt DD. quando aliqui semel contraixerunt coram Parocho & testibus, si ob impedimentum aliquod occultum non valuit matrimonium, sublato illo impedimento, sufficere quod inter se conjuges renovent consensum. De quo Sanchez late disp. 17

6. QUAERO. An non possit Pater præcipere matrimonium certum filio? Resp. quando multum interest parentum, ut filius ineat certum matrimonium possunt præcipere; & filius nisi justam causam habeat, tenetur obedire: si modò velit statum matrimonii. Talis causa erit si necessarium judicetur matrimonium ad sedandas graves inimi-

ST 8 citias

citatis, aut ad subveniendum necessitatí parentum. Extra similes casus non tenetur filius obedire patri præcipienti conjugium aliquod. Imò non peccat contrahendo invitis parentibus, si justam causam habeat; ut si injustè prohiberetur ab illis à matrimonio prætenso, aut si vellent cum collocare in matrimonio, à quo abhorret; puta, quia imprudenti, vel ægritudine laboranti volunt eum conjungere. Quod si filius non habeat justam causam contrahendi invitis parentibus, tenetur eos consulere, non tamen tenetur sequi eorum consilium sub peccato mortali. Unde nec peccabit mortaliter, si contrahat ipsis invitis, postquam consilium petiit. Ratio est, quia in matrimonio est quasi servitus perpetua, ad quam nemo potest compelli, cum sit liberæ conditionis, & quisque libertatem debeat habere in electione status sui.

7. QUAERO. Qualiter peccent parentes inducendo vel impediendo? Resp. Parentes non possunt cogere per me-

tum

TRACTATUS VIII. 733

tum gravem, nisi sub gravi peccato, ad certum matrimonium. Posset tamen Pater metum levem ex paterna increpatione inducere, ad hoc ut filius consentiat in certum matrimonium Resp. 2. non posse ab illo justa causa impedire, matrimonium prolium, quia sunt sui juris in electione status. Justa autem causa est, si filius inaequale & indignum ineat matrimonium. Dicitur autem *indignum*, quod sine dedecore juxta loci mores inire non potest; sive indignitas oriatur ex bonis animi, puta quia malis moribus est conjux: sive ex bonis fortunæ, quia valde pauper. Quod si filius ad tale matrimonium teneretur, vel quia defloravit, vel quia fidem dedit, peccat mortaliter Pater, si impedit per vim aut metum.

Potes an incurrat excommunicatio nem Pater metu vel vi impediens, aut ad certum matrimonium cogens? Id enim videtur indicari in *Trid. sess. 24. c. 9.* Respond. non incurrere, quia illa excommunicatio tantum fertur contra

tra Principes temporales, Magistratus, & alios habentes jurisdictionem in foro externo, ut docet communis sententia.

CAPUT V.

De debito conjugali:

QUAERO. An teneatur sub peccato mortali conjux alteri debitum reddere? Respond. non semper esse mortale, quia non semper petit conjux cum intentione obligandi adeò graviter. Sic nec creditor pecuniam sibi debitam sub illa ratione semper exigit, ut sit peccatum non reddere. Sic à mortali excusatur negans, imò quandoque & à veniali, cum temissè petitur, cum nimis frequenter & immoderatè, cum rationabilis item alia causa intercedit, puta in valetudo aliqua: vel quia plures proles sunt, quam possint ab eis enutriri. Intelligi autem hæc debent nisi in petente periculum incontinentiæ adverteretur. Atque adverte, quando uxor etiam solum tacite petit, virum teneri reddere: imò

quād,

quandoque tenetur petere , quando scilicet quibusdam signis percipit vir in ea voluntatem petendi , sed ob verecundum abnuere ; tunc enim vir non tam cœsetur petere quam reddere. Si vero conjux non nisi cum magna difficultate , & quam rarissime reddere vellet , præsertim cum sentiret incontinentiae periculum in conjuge , esset peccatum mortale non reddere. Item si graviter sentit offendit conjugem cui negatur , quia tunc censeretur sub obligatione petere. Item si ad vindicandum se de conjuge , negetur.

2. QUAERO : An sit aliquando peccatum , petenti debitum reddere ? Resp. in multis casibus posse contingere peccatum etiam exigenti reddendo.

1. Casus Si petatur & reddendo cum periculo abortus , uxore gravida. Aliqui putant si foetus nondum sit formatus , non esse mortale uti matrimonio cum dicto periculo. Quicquid sit de hoc , vix conjugibus de ejusmodi periculo constare potest

36 RESOL. PASTORAL.

est, ut ideo reneatur abstinere sub mortali. Potest igitur communiter vir uxorem gravidam cognoscere Et licet Sancti Patres videantur docere abstinentum tunc esse; consiliū magis dant quām præceptum. Et si quandoque nuntiantur nomine obligationis vel debiti intelligendi sunt de debito honestatis & congiuntiæ.

2. Si petatur tempore fluxus menstrui, quia usus matrimonii tunc continet aliquam indecentiam: adeo ut aliqui putent tunc esse peccatum mortale, propter periculum infectionis in prole. Sed contrarium est verius; tum quia tale est rarissimum, ipsa experientia teste; rum quia vix contingit prole tunc concipi, ut colligitur ex Philoso-
pho 1. de gener. animal. cap. 19.

3. Si petatur tempore puerperii, tūc enim debere abstinere conjuges significat D. Greg epist. ad August. Anglo-
rum Episcop. Sed licet sit aliqua inde-
centia statim à partu uti matrimonio, rāmen non est mortalis, nisi aliunde periculum immineat: immò accedē-

re justa causa, posse esse licitum: Non tenentur vero abstinere per integrum mensem, sicut nec mulier ab ingressu Ecclesiæ, si alias bene sana sit.

4. Si petat conjux amens vel ebrius, cum pericula morali pollutionis extra vas, quod his ebriis aliquando contingit, Unde adverte, quod conjux sanx mentis alteri plane ratione destituto, vel ob amentiam; vel ob ebrietatem, aut similem causam, per se non tenetur debitum reddere. Ratio est quia talis est incapax omnis dominii. Sicut enim dominium non potest esse in subiecto irrationali, sic nec usus in subiecto hic & nunc non potente uti ratione. Per accidens tamen ad vitandum gravia mala, tenetur conjux amenti vel ebrio debitum reddere. Si uterque sit amens, illicitus erit usus matrimonii, ob periculum imminens proli, tum in conceptione, tu in educatione, & ideo separandi sunt. Idem dicendum, si uxor sit furiosa.

5. Si sit detrimentum notabile sanitatis, non solum non tenetur reddere,

exi-

exigenti, sed etiam illicite reddit, quia quisque obligatur habere curam moderatam suæ salutis. Sic ratione febris, aut alterius morbi potest præcipi à Medico, ut ad tempus abstineat ob periculum. Quod si periculum illud judicetur moraliter certum & grave, tenetur abstinere.

6. Si petatur loco non debito, puta in loco aperto, vel publico, aut sacro. Reddere enim aut petere in loco publico, cœsetur mortale, tum quia contra humanā honestatem & decentiam in re gravi; tum quia daretur occasio ruinæ spiritualis aspiciētibus. Tactus etiam si tales forent, ut adstantes inducere possent ad venerea, essent mortales. Unde existimо quandoque graviter peccari à conjugatis utentibus matrimonio insolēter, & sine ulla cautela in proprio etiā lecto: ita ut proles, ancillæ & famuli, quæ decumbunt in eodem vel vicino cubiculo, patenter advertant & audiāt eas vacare rei carnali ideoque periculo exponuntur cogitationum, motuum & delectationum carna-

carnalium. Quantum ad locum sacrū. petere aut reddere in loco illo extra casum necessitatis, peccatum mortale est quia Ecclesia polluitur Casus autē necessitatis excusat, ut si cōjuges diu obfessi essent intra locum sacrum, & ideo exponerentur periculo incontinētiæ. Tactus autem turpes si sint absque periculo pollutionis, non sunt sacrilegia quia non sunt specialiter prohibiti sicut est pollutio, ideoque non sunt necessariò confitendi, ratione circumstātiæ loci sacri: quod idem dicendum est de tactibus respectu non conjugatorum, ut docet Sanchez. disp. 15. q. 2. & & ex eo Filliucius.

2. QUAERO. An peccant conjuges & qualiter, non servando debitum modum in conjugio? Resp. ordinariè non esse nisi veniale peccatum, quando servatur legitimum vas, sive organum generationis debitū in muliere, sine periculo effusionis. Quod advertendum est ob multos modos incongruos, & à modo quem natura instituit devios, quos reperire est inter carnales conjuges,

judges, qui tamen peccati mortalis reatum non involvunt; & propterea non necessariò à Confessariis interrogandi sunt ipsi simet confitentes, nec de alia re interrogandi, nisi an periculum fuerit effusionis seminis extra vas sive ergo à latere, sive sedendo. si vestando sive muliere loco viri superincubente, sive etiam præpostore more brutorum, aliisque modis in vase muliebri actus coniugalis exerceatur, non censent DD. peccatum mortale; quia nullus ex illis generationi adversatur, eo quod semen in matrice recipiatur per attractionem. Etsi verò mortale si ex tali modo co-cumbendi generatio impeditur, aut fieret ad talem finem. Potestq; fieri ut talis modus quandoq; excusari possit justam ob causam, puta, quia dispositio ipsius conjugis non aliud patitur, aut si fiat ut vitetur periculum fœtus in grida. Excusaturq; ut plurimum reddens, si timeat displease conjugi, aut indignationem excitare, ideoque patitur. Quod si in vase indebito copula consummetur, non solum

TRACTATUS VIII. 417

solum peccatum mortale est , sed ad sodomitiam spectat , nec potest uxor pati licite similem copulam.

3. QU AERO. Quid de tactibus, aspectis verbisq; turpibus inter conjuges ? Resp. tactus qui fiunt circa corpus mulieris , etiamsi non ordinentur ad copulam , non sunt mortales , nisi fiunt cum periculo pollutionis : aut his pertineant ad sodomitiam quamdam inchusatam , vel aliam speciem contra naturam . Idem dic de aspectu & turpiloquio .

4. QU AERO. Quale peccatum sit , post alium conjugalem impedire conceptionem ? Resp. esse mortale . Hinc resolutio patet casuum sequentium .

1. Casus . Si vir aut mulier se retrahit in actu seminationis , ne proles concipiatur , peccat mortaliter .

2. Si mulier post actum conjugalem se ad hunc finem erigit , aut aliud facit , ut semen excutiat , vel ut non sit prolificum , peccat item mortaliter quia est voluntariè frustrate semen fine ad quem institutum est . Et adverte hos casus non esse infrequentes inter aliquos

quos qui multa prole graventur, & nihilominus volunt conjugii actu delectari sine prole & generatione ulteriori, quantum in ipsis est. Item in quibusdam aliis mulieribus; quæ ob incommoditates partus ac dolores, timent denuo concipere. Inveni autem ex confessionibus, non paucas huic vitio obnoxias, sed existimantes se mortaliter non peccare. In his tamen exquirendis debent magna cautela uti Confessarii. Atque de his satis.

5. QUÆRÒ. *An coniux in absencia alterius possit delectari morosè de copula cogitata, tamquam præsentis?* R. si absit periculum pollutionis, non esse peccatum mortale, ut multi docent, quia cum in eo statu sint, uteis actus licet, cogitatio illius aut imaginaria delectatio de illo cogitato non videtur eis interdicta saltem sub mortali; quavis quia caret debito fine, venialis esse possit. Vidua autem non potest delectari actu conjugii præterito, si illum sibi tamquam præsentem per imaginationem constituat: quia ille actus,

& cor-

& corporis immutatio quæ inde sequitur, in hoc statu nō ei licent: Secus erit si solum gaudeat de illo tamquam de re præterita, hoc enim non est aliud quam consentire in rem licitam, seu approbare actum præteritum, absque tamen delectatione venerea præsenti.

CAPUT VI.

DE COHABITATIONE
conjugum

Et bonorum Administratione.

I. QUAERO. An vir & uxor teneantur simul cohabitare? R. affirmativè. Id enim ex ipsa matrimonii natura colligitur, quod non solum ad prolis educationē, sed & ad mutua obsequia præstanta, ordinatum est. Hæc autem præstari non possunt sine ea cohabitatione, cū etiā uxorē alete vir teneatur. Si tamen marito dos cum uxore promissa non solueretur, non tenetur eam alere, nec adducere in domum suam ad eam sustentandam, & onera matrimonii sustinenda. Imò potest illam remittere in domum parentum, licet anteā in domum suam adduxisset.

Ra -

Ratio est, quia dos quasi in pretium datut, tum pro alenda uxore, tum pro sustinendis oneribus matrimonii. Ergo illa deficiente, non tenetur maritus stare contractui, quantum ad hoc onus.

2. QUÆRO: An propter non solutam dotem possit negare uxori debitum, & maritale consorium? Resp. non posse, ut docet Covarruvias Molina, & alii, sed solam potest negare sustentacionem, pro illa enim dos promittitur, & datur.

3. QUÆRO: Quid si vir mutet domicilium, an teneatur uxor sequi? Resp. teneri, nisi inde ei animæ vel corporis periculum immineret; aut nisi ab initio conjugalis contractus, deductum esset in pactum, ut vir certo loco cum uxore habitare tenetur. Tamen si urgens causa locum mutandi maritus supervenerit, v. g. periculum capitatis, tunc non obstante pacto, tenetur uxor maritum sequi, nisi sine justa causa maritus inciperet vagari. Adde si maritus solebat vagari ante matrimonium, & illa id non ignorabat, tenetur sequi.

Quæ-

4. QUÆRO. Quomodo peccet uxor circa administrationem bonorum familiæ? Resp. peccat mortaliter, si summa notabilem marito invito det vel aliener. Ratio est, quia non potest accipere aliquid justè, invito illo, ad quæ spectat dominium, vel administratio, vel ususfructus. Cum ergo bona communia administrare spectet ad maritum, sit illi injuria contra eius voluntatem ea donando. Quia tamen in praxi res hæc posset scrupulis mulieris obnoxia esse & difficultatibus, recensentur multi casus, in quibus uxor excusat à mortali.

1. Casus. Si quantitas judicio prudentis non censetur notabilis, considerato statu aut opibus: aut si maritus rogatus censeretur consentire, aut irrationabiler invitus esse. Sic potest facere donationes & elemosinas secundum morem mulierum suæ sortis. Quod si maritus vetet, censetur, verece excessum: & cum consuetudo ius quoddam hac in retribuat mulieri rationi consonum; non videtur maritus

T r posse

posse absolute illam privare tali iure.
 Quia tenetur uxori ad decentem su-
 stentationem juxta statum; in qua su-
 stentatione includi censetur, non tan-
 tum victus, vestitus, ornamenta &
 famulatus; sed etiam alia quæ mulie-
 ribus suæ fortis ad recreaciones &
 largitiones concedi solent, maxime
 juxta morem loci aut Regionis. Et
 cum uxor non sit mancipium viri, sed
 administrationis socia, irrationali-
 ter maritus omnem ei donationem
 prohiberet.

2. Si mulier det ex his quorum ha-
 bet liberam administrationem, ut ex
 paraphernis, vel ex lucro sue industrie.
 De his enim liberior dispositio ei co-
 petere censetur, maxime si mulier at-
 tulit dotem sufficientem ad se alendū.

3. Si det ad impediendum damnum,
 vel spirituale vel tempore. In tempo-
 rali casus ordinarius esse solet, si advi-
 tandā litem aliquid in scio marito parti
 ad vesce solvit, ut faciliorem ineat
 compositionem, ne expensæ per li-
 tem

tem ex crescant, marito animum obfirmante. In spirituali casus esse solet, si det ut celebrentur Missæ pro fælici successu familiæ, aut mariti conversione. Cum utiliter negotium familiæ, ac ipsius mariti in his omnibus gerat, non censetur rationabiliter invitatus. Sic *Nabal* non poterat cum ratione invitatus esse, quod *Abigail* multa munera afferret ad David adventantem, ut ulcisceretur de injuria.

I. Reg. 25.

4. Si mulier det in extrema aut gravi necessitate proximi. Tunc enim tenetur. Item si maritus est absens, potest secundum administrationem prudentem donare, quia tunc censetur ad eam administratio pertinere.

5. Si maritus est dissipator, cum tunc faciat uxori injuriam (ad quam dimidia pars bonorum in matrimonio acquisitorum cum dote spectat) potest occulte uti compensatione, accipiendo ex bonis mariti, ut sibi vel liberis consulat, quantum opus est, ut pars sua salva sit.

Tt 2

6. Si

6. Si Pater & Mater uxoris sint pauperes, ita ut misere secundum statum suum vivant, potest marito nolente eis succurrere ex bonis communibus, vel ex dote sua subtrahere, ut illis det. Idem dicendum, si habeat proles ex alio matrimonio, quæ similiter egeant. Ratio est quia habent jus ad alimenta ab ea petenda; unde maritus non potest jure id inique ferrare. Ita *Lef. ex Pet. Nava. & Corduba*. Idem probabiliter dicitur, si Frater vel Soror uxoris simili urgantur paupertate.

5. QUAERO. Quid de filiis familias occulte ex bonis parentum surripientibus? Resp. si fiat ipsis invitatis, & summa sit notabilis, est furtum mortiferum. In furtis aurem filiorum vel uxoris, longè major quantitas requiritur, quam in furtis externorum. Unde de ea debet formari prudens judicium, juxta conditionem status, aetatis, personarum, locorum. &c. Quare si filius subtraxit duos vel tres aureos parenti prædiviti, non statim putandum est mortale, præsertim cum parens talis,

His, sāpē non sit multum invitū : se-
cū si parens sit mechanicus, aut me-
diocris fortunæ.

Sic etiam censetur peccare mortali-
ter, si in res turpes aut vanas expendat
notabilem summam contra volunta-
tem parentum, ex pecuniis ei ad ho-
nestos usus concessis. Ex. g. pecuniam
pro veste comparanda expendit in a-
ileas, compotationes, vel mulieres V.
Navarr c. 17. 164. Sunt verò casus, in
quibus excusatur à peccato saltem
mortifero filius-familias, aliquid acci-
piendo.

1. *Casus.* Si quantitas pro conditio-
ne statū non censetur notabilis. Aut
si putetur parens si rogaretur facile
concessurus; Tunc enim non videtur
invitus circa substantiam, sed tantum
circa modum: aut si more aliorum suæ
conditionis in eleemosynas, ludum &
honestas recreationes expendat.

2. Si in extrema vel gravi necessitate
proximi surripiat, ad eis subvenien-
dum. Parens enim non est tunc rati-
onabiliter invitus, cùm teneatur ipse.

T r 3 3. Si

3. Si accipiat ex bonis suis castrenis, vel quasi castrenis; puta quæ habet ratione beneficii, vel officii publici, vel militiæ, horum enim habet dispensationem; quod si Pater illa vendidisset expendens in alimenta filii, potest tantumdem repetere à patre, vel etiam à cohæredibus, quod si non audeat, potest uti occultè compensatione.

4. Si filius gerit negotia Patris, potest deductis expensis, quas Pater facit in illo alendo pro suo labore & industria tantum accipere, quantum datur extraneo, si Pater per se non erat facturus sed per alium. Notant tamen aliqui, usum fructum illius lucri non debere sibi vendicare ante mortem patris, vel suam emancipationem, quia cum hoc lucrum ceseatur in bonis adventitiis, censemur adhuc spectare ad patrem. *Hoc notent Confessarii*, pro pluribus filiis villicorum, artificum, vel mercatorum, qui frequenter multa expendunt, insciis parentibus, sed quia ipsis negotiorum administratio incum-

incumbit, suosque omnes labores vo-
vent paterno obsequio & familiæ bo-
no, & quia multum lucri possent con-
serere ultra expensas si alibi permit-
terentur operas locare; ideo tales non
tenantur ad restitutionem; nec facile
ad grave peccatum sunt condemnan-
di: quamvis dehortari eos oporteat à
similibus, maximè quando expensæ
sunt inutiles, nec statui eorum con-
gruæ, tunc enim parentes rationabi-
liter sunt inviti. Atque de his satis,

Tandem extremā huic operi manū
impono, doctrinamq; omnem hic tra-
ditam S. Rom. Eccles. censurę ac judicio
lubens substerno, quo tamquam lydio
labide, doctrina vera à falsa & adulte-
rina discernitur. Pro meo vero labore
haud exiguo, Lect. Benev. Sacrificiorū
vel precū communicationē impertire,
ac sicubi aberravi, inscitiaz meaz ad-
scribe, si quaz verò tibi proficia, vel
Pastorum instructioni oportuna repe-
ries non mihi servō inutili, confusio-
ne & verberibus digno, sed Deo laudē
refe: hic enim & ubiq; in omn. & per
omnia

RESOL. PASTORAL.
omnia, initians & finiens, illud de-
cantare opto:

Gloria Patri, & Filio & Spiritui
Sancto : Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in Iæcula
sæculorum. Amen.

